

A P P E N D I X

RESOLUTIONUM SACRÆ CONGREGATIONIS CONCILII.

Continens varias frequentiores causas ab eademmet Sac. Congregatione novissime resolutas, ab Anno scilicet 1700. usque ad præsens, ex variis supplementis Auctoris.

SARDINIÆ Jurisdictionis, in qua ad sequentia dubia.

I. An quando Ordinarii ad vitanda scandala procedunt, non citata parte, nec adhibita causæ cognitione in causis Visitationis, aut correctionis morum, possit Judex delegatus Apostolicus appellationem simpliciter admittere?

II. An ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, quod tamen potest reparari per sententiam definitivam, valeat appellationem admittere?

III. An quando appellatur à gravamine, quod per definitivam valeat appellationem admittere, reparari nequit, ut carcerationis, torturæ, aut excommunicationis, possit appellationem admittere, aut inhibitionem, vel aliam provisionem concedere, non visis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine.

IV. An censuras ecclesiasticas in appellantem prolatas valeat relaxare, aut nullas declarare, non auditis partibus, nec cognita causa.

V. An valeat absolutiones ad cautelam concedere non citata parte, nec visis actis, nec præstita cautione ab Appellante de stando Juri, & parendo mandatis ecclesiæ?

VI. An ab executione decretorum Sac. Conc. Trid. valeat appellationem admittere.

VII. An valeat causas in Curiis Ordinariorum, vel aliorum Judicum inferiorum pendentes à se avocare, vel illarum cursum impedire sub quolibet prætextu, præterquam per viam legitimæ appellationis fuerint ad ipsius tribunal delatæ?

VIII. An valeat appellationem recipere nisi per publica documenta (quæ realiter exhibeantur) prius constitit appellationem à sententia definitiva, vel habente vim definitivæ, aut à gravamine, quod per definitivam sententiam reparare non possit in casibus à jure non prohibitis per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam, ac prosequutam.

IX. An valeat inhibitionem concedere post receptam appellationem absque insertione tenoris sententiæ, aut decreti definitivi, aut definitivi vim habentis, etiamsi Appellans asserat, culpa Judicis, à quo, vel Actuarii exemplum habere non posse non justificato impedimento, & an in casu possint inhibitiones impune sperni.

X. An valeat appellationes in secunda instantia recipere à decretis, seu sententiis Suffraganeorum, omisso medio curiæ Metropolitanæ?

XI. An in causis de sui natura appellantis, in quibus dictus Judex processit, valeat appellationum quoad effectum suspensionem denegare?

XII. An, & quæ taxa servanda sit à dicto Judice Delegato tam in causis civilibus, quam criminalibus pro sportulis, seu propinis?

Sac. Conc. Concil. die 3. Aprilis 1700. distulit propositionem, die vero 24. ejusdem mensis jussit proponi causam in prima etiam unica, & per Delegatum exhibendas esse literas suæ Delegationis; & demum die 15. Maii dicti Anni respondit. *Ad I. negative quoad effectum suspensivum. Ad II. negative. Ad III. negative, quoad cognitionem causæ in gradu appellationis tantum, & affirmative quoad brevem supersessoriam. Ad IV. negative. Ad V. itidem negative præterquam in casu absolutionis ad breve tempus, & tunc cum obligatione de stando juri, & parendo mandatis ecclesiæ. Ad VI. VII. VIII. IX. X. & XI. negative. Ad XII. exhibendas esse*

taxas tam Ordinariorum, quam Delegati, ut in lib. 50. Decret. pag. 145. 185. & 1224.

PORTUGALLEN. Visitationis, in qua ad seq. dub. 2

I. An Episcopo, concurrente legitimo impedimento, liceat per ejus Delegatum visitare propriam cathedrallem, & totum corpus Capituli, nedum in temporalibus, verum etiam in Spiritualibus? & quatenus affirmative.

II. An circa impedimentum standum sit soli assertioni Episcopi, an vero teneatur assignare causam legitimi impedimenti.

III. An impedimentum debeat esse continuum, videlicet toto durante tempore à Sac. Concilio præscrito pro Visitatione facienda, vel potius sufficiat, quod sit temporale?

Sac. Cong. Concil. die 15. Januarii 1701. distulit propositionem; die vero 29. dicti mensis respondit. *Ad I. affirmative. Ad II. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad III. negative quoad primam partem, & quoad secundam remansit conscientie Episcopi, ut in lib. 51. Decret. pag. 13. & 63.*

TROJANA. Funerum, in qua ad sequentia dubia.

I. An licitum sit Canonicis, Capitulo, & aliis Parochis dictæ civitatis ducere funus per publicas plateas, quæ non est recta via ducens ad ecclesiam funeris, & præsertim Regularium, & quatenus affirmative.

An eisdem Capitulo, Canonicis, & Curato propter hoc aliquod stipendium accipere, seu exigere liceat?

III. An sit licitum dictis Capitulo, & Canonicis ducere cadaver alicujus de regimine civitatis prius in ecclesia collegiata ad officium, & deinde ab illa transferre ad Ecclesiam funeris?

IV. An licitum sit Canonicis, & Parochis aliquid exigere ratione transitus per parochiam, quando funus ducitur ab una parochia ad ecclesiam funeris sitam in alia Parochia?

V. An candela gestanda per Canonicos in associatione funeris debeat esse ponderis ad minus quatuor librarum, vel arbitrio hæredum, & an Canonici ultra dictam candelam prætereundam possint unum ducatum regni pro quolibet Canonico?

VI. An de dictis candelis debeat aliqua portio ecclesiæ funeris, pro ut etiam de candelis, quæ in similibus casibus gestantur à Regularibus.

VII. An Capitulum, Canonici, & Parochi prætereundam, & accipere possint majorem portionem funeralis, quando cadaver sepelitur in ecclesiis extra civitatem Regularium, ac extra parochiam, quamvis sitam intra civitatem, quam acciperent, si cadaver sepeliretur in illorum ecclesia?

VIII. An interveniente in funere ducendo ad ecclesiam Regularium crucé Capituli cum unico illius Abbate, seu Sacerdote, Capitulum exigere possit emolumentum eo modo quo interveniret totum Capitulum?

IX. An licitum sit Canonicis pro decimis non solutis in vita per defunctum devenire ad impedimentum sepulturæ cadaveris dicti defuncti in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 7. Maii 1701. distulit propositionem, die vero 12. ejusdem respondit. *Ad I. affirmative. Ad II. negative. Ad III. negative, nisi aliter disposuerit defunctus, nec ejus hæredes. Ad IV. negative. Ad V. negative quoad primam partem, sed remittendum arbitrio hæredum; quo vero ad secundam partem*

negative. *Ad VI. VII. VIII. pariter negative, ut in lib. 51. Decret. pag. 237. terg. & 268. terg.*

4 **ÆSINA Juris nominandi Concionatorem**, in qua ad sequens dubium.

An, & ad quem spectet jus nominandi Concionatorem Quadragesimalem in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 30. Septembris 1702. censuit electionem spectare ad Episcopum, soluta tamen per eum eleemosyna, ut in lib. 52. Decret. pag. 373.

NOVARIEN. Funerum, & Jurisdictionis, in qua ad seq. dub.

5 I. An cadavera impuberum oppidi Varalli debeant ex aliqua speciali consuetudine sepeliri in sepultura destinata existente in ecclesia parochiali; vel potius licitum sit Parentibus, tam ante, quam post mortem illorum ea tumulare facere in proprio sepulcro majorum in ecclesia Reformatorum existente; & quatenus affirmative quoad secundam partem.

II. An dicta cadavera deferri possint ad dictum sepulcrum majorum absque associatione Parochorum, & Cleri Secularis post eorum monitionem ad interveniendum funeri, & recusantium?

III. An Parochis intervenientibus sive associatis, sive non, ab aliis Canonicis ejusdem parochiæ distribui debeat candela major illa, quæ datur Superiori Regularium associato ab aliis fratribus?

IV. An dicta cadavera deferri valeant ad ecclesiam quacumque hora diei, & an de nocte absque expressa licentia Ordinarii?

V. An Parochi sub aliqua & quacumque præensione possint differre, vel impedire ne tempore debito cadavera ad sepeliendum deferantur? & quatenus negative.

VI. An Parochis impredientibus licitum sit hæredi post expectatum triduum à morte defuncti ducere funus etiam de nocte ad ecclesiam, in qua cadaver est sepeliendum?

VII. An Parochi cogere possint hæredes ad peragendum in ecclesia parochiali omnes functiones missæ solemnis, accensis luminibus in singulis altaribus & anniversariorum, quæ fiunt in Ecclesia Reformatorum occasione funerum?

VIII. An dicti Parochi possint cogere hæredes, ut celebrare faciant missas pro defuncto singulis Sacerdotibus secularibus funus associantibus?

IX. An in prætensa associatione cadaverum sint per hæredem defuncti in æquali numero convocandi tot Sacerdotes seculares, quot convocantur Fratres Reformati?

X. An in casu, de quo agitur, Episcopus Novarien. habuerit jurisdictionem in suprascriptos Fratres Reformatos prætensos delinquentes extra claustra, seu turbantes jura Parochorum?

XI. An interdictum, de quo agitur, sustineatur in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 15. Martii 1704. respondit. *Ad I. negative quoad primam part. affirmative quoad secundam. Ad II. affirmative. Ad III. negative. Ad IV. affirmative ante tamen solis ortum, & de nocte negative, nisi de consensu Episcopi. Ad V. negative. Ad VI. affirmative præterquam ante solis ortum, de & nocte. Ad VII. VIII. IX. X. & XI. negative, ut in lib. 54. Decr. pag. 93.*

PAPIEN. Juris deferendi crucem, in qua ad seq. dub.

6 An Eminentissimo Episcopo Papiensi licuerit in suo accessu ad Carthusiam Papien. occasione revisionis Computorum eleemosynarum ingredi erecta cruce ecclesiam, & monasterium ejusdem Carthusiæ in casu &c.

Sac. Cong. Conc. 24. Sept. 1707. distulit propositionem, & die 17. Decembris ejusdem anni respondit, Affirmative quoad ecclesiam, & negative in casu de quo agitur, quoad monasterium, ut in lib. 57. Decret. pag. 368. & 462.

COMEN. Jurisdictionis, in qua ad seq. dub.

I. An Reverendissimus Nuncius Apostolicus apud Helvetios possit concedere facultatem audiendi Confessiones personarum secularium, vel etiam Regularium, immo & Monialium, in diocesi Comen. sine licentia, & approbatione Ordinarii loci?

II. An idem Reverendissimus Nuncius Sacerdotibus non approbatis ab Ordinario ad audiendas Confessiones concedere possit facultatem absolvendi in foro interno ab hæresi, censuris &c.

III. An possit concedere facultatem generalem absolvendi à casibus Ordinario reservatis? & quatenus affirmative.

IV. An expediat adhiberi aliquod moderamen in hujusmodi facultatum communicatione tam circa numerum, quam circa qualitates personales eorum, quibus conferuntur?

V. An possit concedere suis Commissariis subditis diocesis Comen. facultatem eligendi sibi Confessarium etiam non approbatum ab Ordinario?

VI. An possit concedere licentiam retinendi, & legendi libros Hæreticorum, seu alios quomodolibet prohibitos?

VII. An Commissarii Nunciaturæ accedere possint ad monasteria Monialium, easque alloqui etiam citra necessitatem Officii absque licentia Ordinarii?

VIII. An iidem Commissarii concedere possint aliis ad eos recurrentibus licentiam alloquendi Moniales sine licentia Ordinarii?

IX. An dicti Commissarii obligati ad residentiam ratione canonatus, vel alterius beneficii possint ab illo abesse pro negotiis Commissariatus, & nihilominus lucrari distributiones, aliaque omnia emolumenta, tamquam si essent præsentis?

X. An idem Reverendissimus Nuntius concedere possit dictis Commissariis licentiam retinendi famulas, quamvis non annosas cum derogatione quarumcumque Ordinationum per Ordinarios locorum quomodolibet factarum?

XI. An concedere possit facultatem exorcizandi independentem ab Ordinario?

XII. An iidem Commissarii concedere possint licentiam laborandi in diebus festis?

XIII. An iidem Commissarii punire possint etiam in prima instantia festorum violatores, blasphematores, aliosque contra Dei, & S. Matris Ecclesiæ præcepta temere agentes?

Sac. Cong. Conc. die 26. Februarii respondit. *Ad I. negative. Ad II. negative. Ad III. negative. Ad IV. satis provisum in superiori. Ad V. negative. Ad VI. ad Sac. Congregationem Sancti Officii. Ad VII. VIII. IX. X. XI. XII. & XIII. negative: ut in lib. 57. Decret. pag. 69. & 70.*

PRAGEN. Jurisdictionis, in qua ad seq. dub.

7 I. An pro exemptione à jurisdictione ordinaria Archiepiscopi sufficiat sola nominatio, seu deputatio Presbyteris secularibus facta à Superiore D. Joannis Hierosolymitani in ecclesiis dicti Ordinis pro cura animarum, quamvis ex causa non admitteretur ab Archiepiscopo, sive potius requiratur admissio, approbatio, & licentia Archiepiscopi, sive ejus consistorii ad curam animarum, & administrationem Sacramentorum?

II. An præfati nominati, seu deputati ad dicta beneficia curata teneantur examen subire, & professionem fidei emittere coram Archiepiscopo, vel ejus Consistorio, antequam curam animarum exercent?

III. An teneantur præstare juramentum ad curam animarum debite obeundam coram Archiepiscopo, sive ejus consistorio, & quomodo?

IV. An dictus Archiepiscopus, sive ejus consistorium pro prædictis exigentibus procedere possit jure ordinario, sive potius delegato?

V. An dicti nominati, seu deputati in dictis ecclesiis, postquam reportaverint ab Archiepiscopo licentiam pro exercenda cura animarum, teneantur se conformare constitutionibus synodalibus, & ordinationibus

bus consistorialibus quoad omnia in ordine ad Sacramentorum administrationem, & curam animarum?

VI. An dictis Presbyteris secularibus, ut supra nominatis, seu deputatis in præfatis ecclesiis, & ab Archiepiscopo examinatis, teneatur idem Archiepiscopus concedere licentiam exercendi curam animarum? & *quatenus* affirmative.

VII. An in hujusmodi licentiis Archiepiscopus valeat reservare facultatem eam revocandi ad sui beneplacitum, seu potius debeat eam concedere pure, & simpliciter?

VIII. An Archiepiscopus debeat exprimere se procedere auctoritate delegata, dum procedit contra dictos Presbyteros exercentes curam animarum, itaut hoc non expresso, non teneantur illi ei obedire, etiam in concernentibus curam animarum?

IX. An Archiepiscopus prædictos Presbyteros exercentes curam animarum in casu non paritionis ejus præceptis, possit plectere poena revocationis licentiæ exercendi curam animarum?

X. An præfati Presbyteri pro servitio dictarum ecclesiarum valeant assumere Capellanos pro celebratione missarum in eisdem ecclesiis sine licentia Episcopi?

Sac. Cong. Conc. diebus 3. & 17. Decembr. 1707. distulit propositionem; die vero 14. Januarii 1708. rescisit. *Ad I. negative quoad primam, affirmative quoad secundam partem dubii. Ad II. affirmative quoad examen, & quoad professionem fidei ad formam Concilii. Ad III. affirmative. Ad IV. Dubia. Ad V. affirmative. Ad VI. negative. Ad VII. negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem dubii. Ad VIII. affirmative. Ad IX. recurrat in casibus particularibus. Ad X. affirmative.*

TURRITANA, seu Bossanen. Jurisdictionis, in qua ad sequentia dubia.

I. An in edictis emanatis ab Archiepiscopo Turritano, & affixis in diocesis Bossanen. potuerit se enunciare Patrem, & Pastorem?

II. An poterit dictus Archiepiscopus dicta edicta affigere in dicta diocesi Bossanen?

III. An potuerit dictus Archiepiscopus in dictis edictis comminari censuras sibi reservatas in subditos episcopatus Bojanen. tam ecclesiasticos, quam laicos in casu amotionis illorum?

IV. An curia episcopalis Turritana rite processerit ad expeditionem literarum Citatorialium ad instantiam Alviræ, Näter, & Sotgui adversus oconomum Capituli Bojanen.

V. An idem Archiepiscopus pro causis ad curiam Metropolitanam devolutis in gradu appellationis mittere possit executores suæ curiæ pro exequendis mandatis in diocesi Bojanen. pro juribus curiæ archiepiscopalis, salario sententiarum Advocati, & similibus? & *quatenus* affirmative.

VI. An Archiepiscopus teneatur interpellare Episcopum suffraganeum pro executione dictorum mandatorum, vel saltem dicti executores teneantur ante executionem ostendere mandata Ordinario?

VII. An quatenus Archiepiscopus in casibus præfatis excesserit limites suæ facultatis in diocesim, & Diocesanos Episcopi Bojanen. inciderit in censuras, & quales?

VIII. An subditi Episcopi Bojanen. tam ratione domicilii, quam originis, qui ratione studiorum traxerunt in civitate Saxerensi, potuerint ad Ordines promoveri ab eodem Episcopo sine testimonialibus Archiepiscopi? & *quatenus* negative.

IX. An tam Episcopus Bojanen. quam ordinati inciderint in poenas contentas in constitut. S. M. Innocentii XII. in casu &c.

Sacr. Congreg. Concil. resolvit die 17. Mart. 1708. *Ad I. II. III. IV. & V. negative. Ad VI. affirmative quoad primam, & secundam partem provisum in prima. Ad VII. negative. Ad VIII. affirmative. Ad IX. negative.*

AQUEN. Jurium parochialium.

Ægre ferens Joannes Franciscus Stranius modernus Præpositus, & Parochus loci Incisæ quosdam prætentos abusus fuisse invecos à PP. Carmelitis ejusdem loci in præjudicium suorum Jurium parochialium, ad hanc S. Congregationem recursum habuit, à qua de more requisita informatione Episcopi, Vicarius Generalis illius juxta relationem Parocho usquequaque favorabilem in summario exhibendam transmisit. Quo circa infrascripta dubia, concordata, Partibus hinc inde scribentibus, resolvenda EE. VV. proponuntur, una cum alio dubio, quod est ultimum, nuper concordatum occasione quod cum PP. obedire detrectaverint Episcopi edicto prolato, uti prætenditur, pendente lite in hac Sacra Congregatione, demandati, ut in funeribus accederent ad parochialem, ad elevandam crucem, eorum tres fuerunt à Confessionibus audiendis suspensi; super quibus informans Episcopus eadem confirmat, & conquiritur eosdem tres Patres suspensos, statim post declarationem cum spretu, licet semel tantum, audivisse Confessiones. Quapropter ex utrinque deducendis humiliter postulant partes ipsæ declarari.

I. An PP. Carmelitæ in rogationibus possint ad processionem accedere sine cappis albis.

II. An in solo numero duorum Religiosorum cruce præcedente?

III. An teneatur Præpositus, qui est etiam Parochus in publicis generalibus processionibus fieri consuetis, monitos facere dd. Patres; ut ad processionem accedant, & quomodo?

IV. An iidem PP. possint libere quæsturare in diebus hebdomadæ sibi benevisis, absque restrictione aliqujus diei?

V. An possint eandem quæstuationem facere pro confraternitatibus in eorum ecclesia erectis?

VI. An possint in d. ecclesia pro dd. confraternitatibus exponere Ss. Eucharistiæ Sacramentum occasione Novenæ S. Natalis, & quadraginta horarum in diebus sibi benevisis sine licentia Ordinarii?

VII. An easdem expositiones facere possint pro eorumdem Regularium devotione?

VIII. An possint benedicere sponso cum licentia Parocho, vel sine?

IX. An iidem Patres audientes Confessiones infirmorum, teneantur ante, vel post dictam Confessionem illam Parocho notificare?

X. An possint in propria ecclesia mulieres post partum benedicere, & ad purificationem admittere.

XI. An vocati possint se conferre ad benedicendam febrem cum reliquia Sancti Alberti?

XII. An vocati ad associandum defunctorum cadavera, prius convenire debeant ad ecclesiam parochialem cum eorum cruce, & deinde se conferre ad domum defuncti? & *quatenus* negative?

XIII. An ad eundem effectum sub qua cruce, & in quo loco dicti Patres expectare debeant Parochum, & alios exequiis intervenientes?

XIV. An possint dare signum, & celebrare missam in diebus festivis eodem tempore, antequam detur signum, & celebretur missa parochialis?

XV. An Præpositus habeat jus interveniendi in redditionibus rationum faciendis per confraternitates laicorum in ecclesia dd. Patrum erectas?

XVI. An eisdem Patribus Carmelitis liceat professiones facere extra propria claustra; seu districtum, intra limites parochiæ invito Parocho, & *quatenus* negative?

XVII. An eisdem Patribus liceat extra propria claustra, seu districtum per loca consueta facere processionem B. M. V. de Monte Carmelo occasione suæ festivitatis; petita tamen licentia à Parocho, licet non obtenta?

XVIII. An Patres suspensi sint reintegrandi ad audiendas Confessiones Sacramentales in casu &c.

Die 19. Maii, & 9. Junii 1708. S. Congreg. Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum respondit.

Ad I. negative. Ad II. negative. Ad III. affirmative, sive per nuntium, sive per schedulam. Ad IV. affirmative. Ad V. negative. Ad VI. negative. Ad VII. negative. Ad VIII. posse, cum licentia tamen Parochi, & amplius non proponi mandavit. Ad IX. affirmative ad formam Constitutionis Clementis X. Ad X. affirmative. Ad XI. affirmative. Ad XII. & XIII. In casu, de quo agitur, posse convenire etiam in ecclesia viciniore domui defuncti, & in tumulatione cadaveris sub unica cruce ecclesie tumultantis. Ad XIV. affirmative. Ad XV. negative. Ad XVI. negative. Ad XVII. affirmative. Ad XVIII. affirmative. = B. Card. Panciaticus Præfectus. = V. Petra Secretarius.

Sic expresse habetur in Bullario particulari Clementis XI. in decreto tertio inter decreta Sacræ Congregationis Concilii.

Et reclamante Parocho sub die 27. April. 1709. rescrisit. *In decisio in omnibus, & amplius, ut refert Matthæus. Officialis Curie cap. 36. num. 18. in fine.*

PRAGEN. *Jurisdictionis*, in qua ad sequent. dub.

11 I. An sit standum, vel recedendum à decisio quoad I. II. III. IV. & VIII.

II. An dictus Archiepiscopus, sive ejus consistorium pro prædictis exigendis procedere possit jure ordinario, sive potius delegato in casu &c.

Sac. Congreg. Concil. die 9. Junii 1708. rescrisit. Ad I. II. & III. in dec. Ad IV. jure Delegato. Ad V. & VIII. in decis.

RUBEN. *Habitus talaris*, in qua ad seq. dub.

12 An edictum super delatione habitus talaris in ecclesia, illarumque ingressu, & egressu sustineatur in casu &c.

Sac. Cong. Concil. distulit propositionem; die vero 16. Augusti ejusdem anni respondit. Sustineri, moderatis pœnis arbitrio Eminentissimi Præfecti.

PAPIEN. *Juris deferendi crucem*, in qua ad sequent. dubia.

13 An, & quomodo sit standum, vel recedendum à decisio sub die 17. Decembris 1707. in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 22. Septemb. 1708. rescrisit In decisio quoad ecclesiam, quo vero ad monasterium prævio recessu à decisio licere Reverendissimo Episcopo ingredi cum cruce in casu, de quo agitur etiam in monasterium absque tamen ullo exercitio jurisdictionis.

ANDRINEN. *Accessus ad processiones*, in qua ad seq. dub.

14 I. An, & ad quas processiones accedere teneantur PP. Dominicani civitatis Andriæ?

II. An, & quomodo sint vocandi in casu, &c.

Sac. Congreg. Concil. die 11. Januarii 1710. rescrisit. Ad I. & II. servetur solitum, & amplius.

ALBEN. *Sacrorum Rituum, ac regiminis ecclesie.*

15 1. An servandum, & exequendum sit decretum Episcopi, quod Canonici teneantur deponere usum rochetti & reassumere usum superpellicei?

2. An prima Dignitas, vel in illius defectum, alius dignior de Capitulo teneatur substituere missale Episcopo pontificaliter celebranti?

3. An Canonici abesse possint sine legitima causa à functionibus ab Episcopo pontificaliter peragendis, & quatenus negative?

4. An, & quomodo in casu hujusmodi absentie sit providendum?

5. An Episcopo accedenti ad ecclesiam cathedrallem, cappam assumpturo ad ostium ejusdem ecclesie pro pontificalibus peragendis, teneatur Capitulum eidem obviam ire, ac in reditu associare usque ad januas ecclesie.

6. An Episcopo accedenti ad dictam ecclesiam, cappam ad ostium assumpturo, ad effectum assistendi missis conventualibus, concionibus, & similibus teneantur Capitulum eidem obviam ire, & in reditu as-

sociare usque ad januas dictæ ecclesie, vel potius sufficiat associatio quatuor Canonicorum.

7. An quoties Episcopus accedit ad ecclesiam cappam assumpturus ad ostium pro pontificalibus peragendis, sive ad effectum assistendi concionibus, missis conventualibus, & similibus, teneatur Capitulum transmittere duos Canonicos ad palatium episcopale ad ipsum associandum tam in accessu, quam in recessu?

8. An Episcopo accedenti ad alias ecclesias occasione festivitatum missam celebraturo, Capitulum teneatur transmittere duos Canonicos ad effectum ipsum excipiendi & descendentem associandi in habitu canonicali ad januam ecclesie, eidemque assistendi in celebr. missæ?

9. An Vicarius Generalis possit intervenire functionibus chori, & pontificalibus, & quatenus affirmative?

10. An dignior locus ei sit assignandus, seu qualis? 11. An possit Capitulum sine licentia Episcopi, & ex causa sibi benevisa exponere Venerabile, & populo benedicere in forma publica, vel potius servandæ sint constitutiones synodales?

12. An Capitulum in celebratione missæ conventualis teneatur adhibere Diaconum, & Subdiaconum, tam diebus festivis, quam feriatis?

13. An missæ conventualis sacrificium sit applicandum pro collegio, & benefactoribus.

14. An sit servandus prætensus usus, quod duo ex Clericis seminarii inserviant cathedrali diebus ferialibus à celebratione secundæ missæ inclusive, missis conventualibus, & usque ad finem aliarum functionum de mane?

15. An omnes vel major pars dd. Clericorum teneatur assistere diebus ferialibus processionibus, associationibus funerum capitulariter faciendis, expositionibus Venerabilis, & similibus aliis functionibus fieri solitis?

16. An Episcopus deputare valeat in Ministros seminarii proprios familiares?

17. An Capitulum, Canonici, & Hebdomadarii, qui ob prætensum defectum Clericorum seminarii, cantum in prætensa missa conventuali prætermiserunt, & prætermittunt, inciderint in pœnas interdicti, suspensionis à divinis, ac respectivo excommunicationis, comminatas in præcepto Episcopi, & quatenus affirmative?

18. An celebrando Canonici inciderint in irregularitatem?

19. An Archipresbyter habens curam animarum in cathedrali, & Canonici, quibus prætenditur incumbere curam in casu, de quo agitur, teneatur singulis saltem diebus festivis celebrare missam in cathedrali?

20. An Pœnitentiarius, Archipresbyter, & alii Canonici cathedralis habentes curam animarum, teneantur Confessiones fidelium excipere in cathedrali, vel in ecclesiis prætensis coadjutricibus, seu prætensis distinctis parochiis?

21. An servanda sint decreta facta in visitatione super adimplemento, & satisfactione onerum, missarum, & anniversariorum incumbentium Capitulo, & retentione libri in sacristia, in quo celebrantes satisfactionem dd. onerum propria manu describant?

22. An Canonici teneantur residere saltem novem mensibus anni, nec non saltem duæ ex tribus eorum partibus continuo interesse choro?

23. An Episcopus possit deputare præfectum chori?

24. An idem Episcopus possit deputare contrapunctatorem?

25. An renuentibus Canonici dicta officia acceptare, exercere, possit Episcopus illos sub censuris compellere, vel clericos extraneos sumtibus Capituli deputare?

26. An sit tolerandus prætensus usus d. ecclesie recitandi horas canonicas in sacristia à festivitate omnium Sanctorum usque ad diem Resurrectionis Dominicæ: itidemque præmittendi eo tempore sub vespere Matutinum cum Laudibus sequentis diei: Vel potius servandum sit decretum Episcopi super loco, & tempore divinatorum officiorum.

27. An Capitulum possit convertere in usum distributionum ceras applicatas sacristiæ superextantes in fine anni, vel potius teneantur illas servare ad usum ejusdem sacristiæ pro anno sequenti?

28. An Capitulum possit repartire distributiones quotidianas Canonicis, antequam recognoscantur libri punctationum, & contrapunctationum?

29. An Capitulum possit admittere ad participationem distributionum Canonicos de natura sui canonici non participantes?

30. An admittere valeant ad participationem dd. distributionum Canonicos participantes, sed choro non interessentes?

31. An Comitua capitularia sint habenda saltem bis in mense?

32. An illis possit intervenire Episcopus ad libitum?

33. An Capitulum teneatur contribuere ad expensas pro celebratione anniversarii Episcopi antecessoris?

34. An Capitulum teneatur retinere librum, in quo distincte adnotentur omnes resolutiones Capitulares, & alium in quo adnotentur omnes contractus stipulati, & stipulandi, nec non alium, in quo similiter adnotentur introitus, & exitus proventuum massæ capitularis?

35. An Capitulum teneatur exhibere dd. libros Episcopo, toties quoties illi videbitur?

36. An Episcopus possit exigere additionem rationis proventuum Capitularium à Capitulo, ejusque Ministris?

37. An Episcopus in casu negligentia Capituli, possit eidem injungere exactiorem reddituum, ac reparationem, & respective culturam bonorum tam urbanorum, quam rusticorum?

38. An Episcopus possit inhibere Capitulo, ne eligat in Ministros, qui de antea administratione rationem non reddiderunt?

39. An possit Episcopus ex legitima causa Œconomos, aliosque Capituli Ministros remove?

40. An scripturæ respicientes præbendas bonorum, & Capitularium ecclesiæ, & commune interesse ejusdem ecclesiæ, servandæ sint in archivio Capituli sub pluribus clavibus, & non penes particulares possessores?

41. An Episcopus possit cathedraticum exigere à Beneficiatis, qui congruam non percipiunt à proprio beneficio?

42. An Canonici teneantur solvere cathedraticum?

43. An liceat Capitulo impertiri servientibus sacristiæ elemosinas quorundam dierum inter conciones collectas, & licentiam quæstuandi granum, aliosque fructus?

44. An Capitulo competat jus recognoscendi seu examinandi institutiones, seu Bullas noviter provisorum de beneficiis cathedralis?

45. An tolerandus sit usus, quod Capitulum habeat invitationes, ac visitationes noviter provisorum ecclesiæ cathedralis in antecedentibus, & subsequentibus diebus eorum admissionis?

46. An Episcopus possit exigere in visitatione pastoralis summam pecuniæ pro cavalcaturis, ultra victualia, & quoties exegerit, an teneatur ad restitutionem?

47. An Episcopus deputare valeat Canonicum Pœnitentiarium cathedralis in Confessarium ordinarium Monialium?

48. An Episcopus teneatur supplere anniversaria omnia pro Episcopo antecessore?

49. An liceat Episcopo asportare, & retinere paramenta propriæ sacristiæ cathedralis ad capellam palatii episcopalis invito Capitulo?

50. An Episcopus teneatur sibi providere de paramentis pro pontificalibus peragendis in cathedrali?

51. An Canonici uti possint paramentis nobilioribus ab Episcopis antecessoribus sacristiæ relictis, pro missis privatis, & functionibus minus solemnibus?

52. An Capitulum possit, inconsulto Episcopo, formam dd. paramentorum immutare, vel alienare pro aliis subrogandis.

53. An Episcopus teneatur reparare cathedralem?

54. An Episcopus aliquoties in anno debeat interesse Horis Canonicis in choro, & quatenus affirmative?

55. An Episcopus teneatur interesse aliquando horis canonicis in choro, stantibus litibus cum Capitulo?

56. An Episcopo liceat collationes generales Ordinum, & chrisma respective conficere extra cathedralem, stantibus litibus cum Capitulo?

57. An dies interpolatæ permanentiæ Episcopi in suo castro extra diœcesim existen. computandæ sint in absentia Episcopi à S. Conc. Trid. permissa?

58. An Episcopus abesse possit à functionibus solemnioribus Cathedralis per triennium, stantibus litibus cum Capitulo?

59. An Archidiaconus Coadjutor potuerit abesse à residentia per biennium, & ultra, & adhuc continuare sine licentia S. Congregationis in casu, de quo agitur, & quatenus negative?

60. An & in quas pœnas inciderit?

61. An Episcopus teneatur adimplere onera capellæ S. Andreae in casu, de quo agitur ad formam tabellæ sacristiæ?

62. An Episcopus possit responsiones Concurrentium pro parochialibus scritto traditas, suo tantummodo sigillo obsignare, vel potius teneatur obsignare etiam sigillo Examinatorum synodaliū?

63. An Episcopus teneatur subministrare anno quolibet Concionatoribus Quadragesimalibus cathedralis prætensum stipendium, vel donativum librarum centum?

64. An Capitulum sit manutenendum, vel reintegrandum in prætensam possessionem viridarii ab Episcopo, ut prætenditur, occupati?

65. An Synodus diœcesana celebrata ab anno 1702. sit valida?

66. An idem Episcopus confraternitates in cathedrali instituere valeat sine consensu Capituli?

67. An Episcopus possit titulos beneficiorum simplicium, & parochialium cathedralis, & diœcesis immutare tribuendo e. g. simplici Plebano, vel Presbytero Titulum Archipresbyteri? = C. Petra S. C. Conc. Secret.

Sacra Congregatio Particularis à Sanctissimo deputata, in qua interfuere Eminentiss. Card. Pantiatici. De Abdua, Sancti Clementis, Gabrielis, Caprara, & Fabroni, Imperiali non intervenientes, sub die 19. Septemb. 1710. rescripsit, ut infra.

Ad 1. affirmative: ad 2. affirmative ad formam Cæremonialis: ad 3. negative: ad 4. ad formam Sac. Can. & Sac. Conc. Trident. ad 5. affirmative: ad 6. affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam: ad 7. affirmative: ad 8. ad Sac. Congregationem Concilii: ad 9. affirmative: ad 10. affirmative, & deberi locum Dignorem: ad 11. licentiam esse petendam ab Episcopo semel in anno pro functionibus consuetis, pro aliis qualibet vice: ad 12. affirmative pro diebus festis; ac aliis præscribendis ab Eminentissimo Pantiatico: ad 13. affirmative pro benefactoribus tantum: ad 14. negative: ad 15. negative: ad 16. affirmative: ad 17. affirmative, & adeant Episcopum pro absolutione à censuris: ad 18. affirmative, & Domino Secretario cum Sanctissimo pro dispensatione: ad 19. affirmative quoad Archipresbyterum: quo vero ad Canonicos Curatos teneri in propria ecclesia curata cum applicatione pro populo: ad 20. pœnitentiarium, & Archipresbyterum teneri in cathedrali; Canonicos vero Curatos in propria ecclesia debitis temporibus: ad 21. 22. 23. & 24. affirmative: ad 25. affirmative etiam sub censuris, non tamen ipso facto incurrendis: ad 26. quoad primam partem negative in diebus festis, & aliis posse tolerari in loco deputando ab Episcopo: Et quoad recitationem Matutini, & Laudum usum non esse tolerandum: ad 27. & 28. negative: ad 29. affirmative; Item ad 30. & 31. affirmative: ad 32. affirmative, dummodo non agatur de commodo Episcopi vel suorum: ad 33. & 34. affirmative: ad 35. affirmative ex rationabili causa: ad 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. affirmative: ad 43. & 44. negative: ad 45. affirmative,

ex urbanitate, dummodo non retardetur possessio Provisorum: ad 46. dentur decreta S. Congregationis Concilii in Amalyphitana 18. Jul. 1699. ad 3. ad 47. negative: ad 48. affirmative expensis Episcopi, & Capituli: ad 49. dentur decreta edita in Casalen. in Congregatione Deputata 11. Martii 1708. approbata à Sanctissimo, nempe ad nonum -- An Capitulum ob denegationem baculi, mitræ pretiosæ, & pluvialis factam Episcopo occasione publicandi jubileum, aliaque ut in actis, sit puniendum, & quomodo? -- Ad decimum, an stante dicta denegatione potuerit Episcopus propria auctoritate transportari facere paramenta prædicta, & Sac. supellectiles à sacristia cathedralis ad curiam episcopalem -- Ad 9. affirmative, arbitrio Congregationis deputatæ -- Ad 10. affirmative, & esse restituenda Capitulo, facta obligatione de illis subministrandis; pro usu Episcopi in functionibus pontificalibus peragendis tam in cathedrali, quam in capella episcopali; ad 50. negative, quatenus adsint: ad 51. & 52. negative: ad 53. & 54. affirmative, prout de jure, arbitrio, & conscientia Episcopi: ad 55. provisum in superioribus: ad 56. negative, nisi ex causa legitima: ad 57. affirmative: ad 58. & 59. negative: ad 60. incidisse in pœnas S. Canonum, & Sac. Conc. Trident. ad 61. ad Sac. Congregationem Conc. & interim servetur decretum Episcopi de anno 1698. ad 62. affirmative quoad primam, negative quoad secundam partem: ad 63. servetur solitum: ad 64. ad Judices suos: ad 65. affirmative: ad 66. negative: ad 67. negative.

LANCIANEN. Confraternitatis, in qua ad sequentia dubia.

16 I. An constet de legitima aggregatione confraternitatis Mortis Lanciani archiconfraternitati Mortis Urbis itaut fruatur privilegiis dictæ archiconfraternitatis, & possit uti statutis ejusdem?

II. An Confratres d. Confraternitatis Mortis Lanciani possint libere quæsturare tam intra ecclesiam, quam extra per civitatem ejusdem territorii, & districtum absque licentia curiæ archiepiscopalis?

III. An possint libere disponere de introitibus, effectibus, & eleemosynis ejusdem confraternitatis absque licentia curiæ archiepiscopalis?

IV. An dicti confratres occasione electionis novorum officialium valeant se congregare absque interventu, & assistentia Vicarii Generalis contra formam dicti Reverendissimi Archiepiscopi id demandantis?

V. An electio aliter facta sustineatur?

VI. An in electione officialium ejusdem confraternitatis requiratur confirmatio Reverendiss. Archiepiscopi?

VII. An iidem officiales potuerint delere ex tabula confratrum aliquos ex iisdem confratribus, non servata forma statutorum ejusdem confraternitatis?

VIII. An liceat eisdem confratribus absque licentia Reverendissimi Archiepiscopi erigere montem frumentarium, & de illo ad libitum disponere?

IX. An officiales d. confraternitatis teneantur reddere rationem eorum administrationis, introituum, effectuum, & eleemosynarum ejusdem confraternitatis Reverendissimo Archiepiscopo? & quatenus affirmative.

X. An idem Archiepiscopus debeat uti pro redditione rationis Syndicis, seu Rationalibus electis à confratribus, vel potius possit uti alio quocumque sibi beneviso?

XI. An censuræ latæ per Reverendissimum Archiepiscopum sustineantur?

XII. An sint reaffigendi cedulones in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 20. Septemb. 1710. respondit Ad I. ex deductis negative. Ad II. negative. Ad III. affirmative exceptis eleemosynis, in quibus servetur dispositio Bullæ S. M. Clementis VIII. Ad IV. negative, in casu, de quo agitur. Ad V. negative. Ad VI. affirmative. Ad VII. & VIII. negative. Ad IX. affirmative. Ad X. negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem, sed gratis. Ad XI. negative. Ad XII. negative, & Archiepiscopus procedat ex integro servatis servandis.

SAVONEN. Jurium parochialium, in qua ad sequentia dubia.

I. An Viatores degentes in civitate Savonæ, vel in ea decedentes subjiciantur Parocho ecclesiæ cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum degunt, vel decedunt in casu &c.

II. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesiæ Parocho, vel potius in ecclesia Parochiali, intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ ecclesiæ in casu &c.

III. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia, quarta funeralis solvi debeat Parocho cathedralis, vel Parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum decedunt in casu &c.

IV. An peregrini degentes in civitate Savonæ, vel in ea decedentes subjiciantur Parocho ecclesiæ cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum degunt, vel decedunt in casu &c.

V. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ad solvi emolumenta funeralia illi ecclesiæ parochiali, intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ ecclesiæ in casu &c.

VI. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia quarta funeralis solvi debeat Parocho cathedralis, vel potius Parocho ecclesiæ parochialis intra cujus districtum decedunt in casu &c.

VII. An Advenæ, & Exteri quicumque, qui non habent animum permanendi in civitate Savonæ, in ea habitantes, vel degentes, una cum eorum familiis subjiciantur Parocho ecclesiæ cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum vel potius Parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum habitant, vel degunt in casu &c.

VIII. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesiæ Parocho, vel potius in ecclesia parochiali intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ ecclesiæ in casu &c.

IX. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia, quarta funeralis solvi debeat Parocho cathedralis, vel Parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum decedunt in casu &c.

X. An & qualis habitatio requiratur ad hoc, ut prædicti dicantur habere animum remanendi in civitate in casu &c.

XI. An idem, quod servandum quoad dictos Advenas &c. Exteros, sic etiam servandum quoad cives Savonenses, qui patriam redeuntes animo commorandi solum ad tempus, domum consanguineorum, seu etiam paternam inhabitant, in casu &c.

S. C. Concil. die 24. Septembris 1712. distulit propositionem, die... vero ejusdem mensis, & anni respondit. Ad I. usque ad IX. inclusive affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad X. servandum esse laudum anni 1712. & amplius. Ad XI. proponantur cum aliquibus dubiis.

SAVONEN. Jurium parochialium, in qua ad sequentia dubia.

XI. An idem, quod servandum est, quoad dd. Advenas, & Exteros, sit etiam servandum quoad cives Savonenses, qui patriam redeuntes animo commorandi solum ad tempus domum consanguineorum, seu etiam paternam inhabitant, in casu &c.

XII. An Governator, ejusque Vicarius, Magistratus, Officiales, & stipendiati, quicumque, missi à Principe ad regimen civitatis habitantes in civitate Savonæ, vel in domo publica, vel privata sumtibus publicis conducta, aut in ea decedentes, una cum eorum familiis subjiciantur Parocho cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum habitant, vel decedunt in casu &c.

XIII. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesie Parocho, vel potius in ecclesia parochiali, intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ ecclesie in casu &c.

XIV. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia quarta funeralis solvi debeat Parocho cathedralis, vel parochialis, in qua decedunt in casu &c.

XV. Quid servandum quoad prædictos, qui cives Savonenses forent, & habitarent in domo propria, vel privata propriis sumtibus conducta in casu &c.

Sacra Congreg. Conc. die 3. Decembris 1712. respondit: Ad XI. affirmative quoad eos tantum, qui omnino deseruerunt domicilium. Ad XII. XIII. XIV. affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad XV. spectare ad Parochum ecclesie parochialis, in cujus parochia habitant.

SAVON. *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

XVI. An Officiales Belli quocumque nomine nuncupentur habitantes in civitate Savonæ, vel in quarteriis, & domo publica vel privata, aut in ea degentes una cum eorum familiis, subjiciantur Parocho ecclesie cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho ecclesie parochialis, intra cujus districtum habitant, vel decedunt in casu &c.

XVII. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesie Parocho, aut potius in ecclesia parochiali, intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ ecclesie in casu &c.

XVIII. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua Ecclesia, quarta funeralis solvi debeat Parocho cathedralis, vel Parocho ecclesie parochialis, intra cujus districtum decedunt in casu &c.

XIX. An domus publica intelligenda sit illa, quæ partim sumtibus publicis, partim privatis conducitur, vel potius illa, quæ tota sumtibus publicis conducitur ad effectus suprascriptos?

XX. Quid servandum quoad prædictos Officiales Belli, qui cives Savonenses forent in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 17. Decemb. distulit propositionem, die vero 21. Januarii 1713. respondit; Ad XVI. usque ad XVIII. inclusive affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad XIX. non indigere responsione. Ad XX. spectare ad Parochos.

SAVON. *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

XXI. An milites omnes habitantes in civitate Savonæ, vel in quarteriis, & domo publica, vel privata, aut in ea decedentes una cum eorum familiis subjiciantur Parocho ecclesie cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho ecclesie parochialis, intra cujus districtum habitant, vel decedunt, in casu &c.

XXII. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesie Parocho, vel potius in ecclesia parochiali, intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ ecclesie, in casu &c.

XXIII. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia, quarta funeralis solvi debeat Parocho parochialis, intra cujus districtum decedunt, in casu &c.

XXIV. Quid servandum quoad prædictos milites, qui cives Savonenses forent, in casu &c.

XXV. An Carcerati in carceribus criminalibus Domini Gubernatoris, ibique degentes, aut decedentes, sive sint Savonenses, sive exteri, subjiciantur Parocho ecclesie cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho ecclesie parochialis, intra cujus districtum reperiuntur carceres, in casu &c.

XXVI. An prædictis non eligentibus sepulturam,

eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesie Parocho, vel potius in ecclesia parochiali, intra cujus districtum carceres reperiuntur, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ ecclesie, in casu &c.

XXVII. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia quarta funeralis solvi debeat Parocho cathedralis, vel Parocho ecclesie parochialis, intra cujus districtum reperiuntur carceres, in casu &c.

XXVIII. An idem, quod servatum est, quoad carceratos in carceribus criminalibus, servandum sit quoad carceratos in carceribus civilibus vulgo dictis *male paghe*?

Sac. Cong. Concil. die 1. April. 1713. distulit propositionem, die vero 13. Maii ejusdem anni rescisit: Ad XXI. XXII. & XXIII. affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad XXIV. Spectare ad Parochos. Ad XXV. XXVI. & XXVII. affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad XXVIII. subjici propriis Parochis respective.

SAVONEN. *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

XXIX. An damnati ad mortem subjiciantur Parocho ecclesie cathedralis quoad receptionem Sacramentorum, vel potius Parocho ecclesie parochialis, in cujus districtu reperiuntur carceres, in casu &c.

XXX. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesie Parocho, vel potius in ecclesia parochiali, intra cujus districtum carceres criminales reperiuntur, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ ecclesie, in casu &c.

XXXI. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia quarta funeralis solvi debeat Parocho cathedralis, vel parochialis, in cujus districtu reperiuntur dicti carceres.

XXXII. An jus baptizandi pueros natos intra octavam Paschatis Resurrectionis, & octavam Pentecostes spectet ad Parochum cathedralis, vel potius ad alios Parochos, in quorum parochiis nascuntur?

XXXIV. An private, vel cumulative, in casu &c.

XXXV. Et an sit intelligendum etiam de illis pueris natis intra octavas prædictas, quos baptizari contingat extra easdem octavas, in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 17. Junii 1714. respondit: Ad XXIX. XXX. XXXI. & XXXII. affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad XXXIII. private. Ad XXXIV. affirmative.

BALNEOREGIEN. *Missæ parochialis, & Conventualis*, in qua ad seq. dub.

I. An Canonici ecclesie cathedralis, & parochialis, Balneoregii teneantur applicare quotidie missam conventualem pro fundatoribus, & benefactoribus in casu &c. & quatenus affirmative.

II. An singuli Canonici teneantur à die adepti canonicatus satisfacere missas conventuales usque adhuc non applicatas, in casu &c.

III. An missæ de anniversario, quæ cantantur in choro in quatuor mensibus anni diebus non impeditis cedere debeant loco missæ conventualis, in casu &c. & quatenus negative.

IV. An Canonici teneantur celebrare, & applicare tam dictas missas de anniversario, quam conventuales, in casu &c.

V. An ultra missam conventualem sit celebranda, & applicanda diebus festis missa parochialis à Canonicis per Turnum, sive potius à Canonicis Curatis in casu &c. & quatenus affirmative, vel à Curatis, vel à Canonicis singulis per Turnum?

VI. An occurrente quod prædicti duo Canonici Curati, vel alii Canonici celebrent missam conventualem per Turnum diebus Dominicis, ac festis de præcepto, tunc teneantur per alium celebrari facere missam parochialem, in casu &c.

VII. An, quatenus missa parochialis sit celebranda in diebus festis à Canonicis Curatis in parochia con-

tradæ Rehotæ, sufficiat celebratio, & applicatio unius missæ pro populo, seu potius ambo Canonici Curati teneantur ad applicationem supradictæ missæ, in casu &c.

VIII. An Canonicus Curatus Eccl. parochialis Contradæ Civitæ, ubi residere tenetur, exemptus à servitio choti teneatur per Turnum cantare, & applicare in cathedrali missam conventualem, & celebrare aliam missam in Aurora, quæ celebratur per Turnum in dicta ecclesia ab omnibus Canonicis, tam diebus festi- vis, quam Ferialibus, in casu, &c. & *quatenus affirmative in omnibus.*

IX. An occurrente quod celebret per Turnum mis- sam conventualem, sive aliam in Aurora diebus festi- vis de præcepto, tunc teneatur per alium celebrari fa- cere missam parochialem in ecclesia parochiali Civi- tæ, in casu, &c.

Sac. Cong. Concil. die 8. Julii 1713. distulit propo- sitionem, die vero 19. Augusti ejusdem anni respondit: Ad I. & II. affirmative. Ad III. negative. Ad IV. affir- mative. Ad V. negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem. Ad VI. affirmative. Ad VII. sufficere unicam celebrationem, & applicationem. Ad VIII. negative. Ad IX. provisum in octavo.

NULLIUS. Altamuræ conservatorii, & exemptionis, in qua ad sequent. dub.

23 I. An Electio Episcopi Bitecten. in Conservatorem sustinetur, in casu &c. & *quatenus negative.*

II. An teneantur PP. Minores observantes eligere Conservatorem in civitate Altamurana, vel possint in alia civitate viciniori alterius diocesis, in casu &c.

III. An Conservator prædictus possit cognoscere causas civiles contentiosas dd. Religiosorum, & eo- rum Syndici, sive potius eorum cognitio spectet ad Ordinarium, in casu &c. & *quatenus affirmative quoad primam partem.*

IV. An dictus Conservator debeat uti Actuario cu- riæ archipresbyteralis, & delegare cognitionem dicta- rum causarum in ipsa civitate Altamurana, in casu &c.

V. An in concernentibus correctionem morum Syn- dicus dictorum Religiosorum sit exemptus à Jurisdictione Ordinarii, in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 13. Julii 1715. distulit propo- sitionem; die vero 3. Augusti dicti anni respondit: Ad I. negative. Ad II. affirmative, quoad primam par- tem, & negative quoad secundam partem. Ad III. & IV. Dilata, & particulariter scribatur. Ad V. negative.

LUCANA Juris deferendi crucem, in qua ad seq. dub.

24 An liceat Episcopo Lucano ingredi erecta cruce ecclesiam S. Frigidiani Canonorum Lateranensium, in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 4. Julii 1716. distulit propo- sitionem, die vero 8. Augusti ejusdem anni respon- dit: affirmative.

TUDERTINA Capellaniæ, in qua ad seq. dub.

25 I. An Clericus Cajetanus Corsetti teneatur ad onera, de novo apposita in nominatione de se facta à confrat- ribus, & non memorata in fundatione?

II. An idem ordinari possit ad titulum ejusdem ca- pellanæ, supraddito ex bonis patrimonialibus alio annuo redditu scutorum decem?

Sac. Cong. Conc. die 12. Martii 1718. respondit: Ad I. negative, & *amplius.* Ad II. affirmative.

CASALEN. Montis pietatis, in qua ad seq. dub.

26 An, & pro qua summa, & quomodo Oratorum pre- cibus sit annuendum?

Sac. Cong. Conc. diei 12. Martii 1718. respondit: Affirmative pro aliis scutis 6000. cum iisdem cautelis & conditionibus apposis in præcedentibus concessioni- bus, & ad mentem.

AQUIRENDI Visitationis sacrorum limitum, in qua ad sequens dub.

An in casu, de quo agitur, permissum esse valeat 27 Episcopo concedenti Sacerdotibus Regularibus facul- tatem audiendi Confessiones secularium, injungere ut intersint Congregationibus Casuum Conscientiæ?

Sacra Cong. Conc. die 12. Martii 1718. respondit: negative; & *detur decretum in Forosempronien. 12. Maii 1688.*

FERRARIEN. Applicationis missarum, in qua ad seq. dub.

I. An Capellani instituti à Calamello de Calamellis 28 teneantur quocumque die missam applicare pro anima fundatoris, & ejus propinquorum, & *quatenus negative.*

II. An teneantur tantummodo applicare missas die- bus ferialibus, in quibus in kalendario dicitur de ea; & *quatenus negative.*

III. In quibus diebus teneantur applicare?

Sac. Cong. Conc. die 26. Martii 1718. respondit: Ad I. affirmative. In reliquis satis provisum.

FLORENTINA Præminentiarum in qua ad seq. dub. 29

I. An Canonicus Coadjutus possit per se ipsum ex- plere functiones nuncupatas de Hebdomada, & Turno, in casu &c.

II. An eo impedito, vel nolente possit dd. functio- nes peragere Coadjutor, seu potius jus ea explendi de- volvatur ad Canonicum in Turno succedentem, in ca- su &c.

Sac. Congr. Conc. die 9. Aprilis 1718. respondit: Ad I. affirmative: & *amplius.* Ad II. affirmative quoad pri- mam partem, & negative quoad secundam.

MEDIOLANEN. Reductionis missarum, in qua ad sequens dub.

An supposito, quod nullus inveniatur Sacerdos 30 qui velit missam quotidianam celebrare pro annua eleemosyna librarum 400. à Testatore præscrita, sit locus reductioni, in casu &c.

Sacra Congr. Conc. die 9. Aprilis 1718. respondit: Affirmative.

PAPIEN. in qua ad sequens dub.

An Ordinarius dispensare valeat in irregularitate ex 31 homicidio contracta in casu, & ad effectum de quo agitur?

Sac. Cong. Conc. die 21. Maii 1718. respondit, Ne- gative.

In oratoriis convictoribus discipulis, & domesticis, 32 hoc est illis, qui actu degunt in collegio, & illi inser- viunt, communio Paschalis administrari non potest Sac. Congr. Conc. 11. Julii 1718.

NOVARIEN. Aggregationis, in qua ad seq. dub. 33

I. An confraternitas aggregata gaudeat solum Indul- gentiis, vel potius etiam privilegiis archiconfraternitatis Aggregantis, in casu &c.

II. An SS. Eucharistiæ Sacramentum retineri possit in oratorio confraternitatis, in casu &c.

III. An cum licentia Episcopi, & sine consensu Pa- rochi fieri possit in oratorio confratrum expositio infra annum, & præcipue Quadraginta horarum in octava defunctorum, in casu &c.

IV. An Parochus possit impedire celebrationem mis- sarum solemnium in dicto oratorio per annum sive pro vivis, sive pro defunctis etiam post missam parochialem in casu &c.

V. An liceat dictæ confraternitati facere processio- nes, tam intra ambitum dicti oratorii, quam extra illum absque licentia Parochi, per cujus parochiam transeun- dum est, in casu &c.

VI. An Capellanus dictæ confraternitatis possit de- ferre stolam in dictis procesionibus in oratorio tantum, seu extra oratorium, in casu &c.

VII. An & quomodo possit Parochus se ingerere in administratione oblationum, vel eleemosynarum in dicto oratorio recollectarum, vel capsulæ pro illis recipiendis expositæ clavem retinere, in casu &c.

VIII. An dictus Parochus possit se ingerere in distri- bu-

butione subsidii dotalis dari soliti quolibet anno à dicta confraternitate, in casu &c.

IX. An confraternitas possit facere suas Congregationes absque licentia & interessentia Parochi, in casu &c.

X. An, & quando Parochus est paratus ad sepelienda cadavera pauperum defunctorum, seu occisorum possit ea sepelire confraternitas Mortis, in casu &c.

XI. An parochus dicta cadavera sepelire, & januas ecclesie aperire recusante, possit eadem confraternitas, ea sepelire in ecclesia parochiali; eamque aperire per vim, in casu &c.

XII. An liceat Capellano dictae Societatis facere benedictionem, & distributionem candelarum in dicto oratorio pro confratribus, & Sororibus in festo Sanctissimae Purificationis, in casu &c.

XIII. An processus, & comminatio censurarum contra dictos confratres sustineatur, in casu &c.

Sacr. Congr. Conc. die 24. Septembris 1718. respondit: *Ad I. gaudere Indulgentiis, & Privilegiis Archiconfraternitatis Aggregantis. Ad II. affirmative. Ad III. affirmative. Ad IV. affirmative, nisi accedat licentia Episcopi. Ad V. ad primam partem affirmative; ad secundam negative, nisi accedat licentia Episcopi. Ad VI. affirmative ad primam partem, negative ad secundam. Ad VII. negative. Ad VIII. negative. Ad IX. affirmative Ad X. negative. Ad XI. affirmative ad formam Bullae, & ad mentem. Ad XII. affirmative. Ad XIII. negative.*

MANTUANA applicationis, Sacrificii, in qua ad sequens dub.

34 An Capellanus teneatur missam applicare pro suffragio animae fundatoris, vel potius teneatur ad solam missae celebrationem, in casu &c.

Sacr. Congr. Conc. die 19. Novembris 1718. respondit: *negative quoad primam partem; & affirmative quoad secundam.*

DERTHONEN. Jurium parochialium, in qua ad seq. dub.

35 I. An constet de matricitate ecclesiae collegiatae Sanctae Mariae Novarum, seu potius de alio titulo, aut specie superioritatis?

II. An jus benedicendi fontem, & cereum Paschalem in die sabbati sancti spectet privative ad dictam ecclesiam collegiatam? *Et quatenus affirmative.*

III. An Parochi ecclesiarum SS. Petri, Andreae, & Nicolai teneantur in dicta die sabbati S. accedere ad dictam ecclesiam collegiatam, & praestare per se, vel mediantibus eorum Deputatis, assistentiam personalem benedictioni fontis & cerei?

IV. An dicti Parochi possint in die Sabbati S. pulsare campanas ante signum collegiatae?

V. An in feria sexta hebdomadae sanctae possit discoveri crux ante ecclesiam collegiatam?

VI. An competat ecclesiae collegiatae jus recipiendi ab Ordinario Oleum Sanctum, illudque privative distribuendi, & consignandi Parochis?

VII. An jus benedicendi sponsas, & puerperas spectet privative ad Parochos?

VIII. An competat Capitulo collegiatae jus convocandi Parochos in propria ecclesia occasione funerum & processionum?

IX. An occasione processionum, seu funerum faciend. cum interessentia Capituli, teneantur Parochi incedere sub cruce Capituli, seu potius, an, & sub qua cruce sit incedendum?

X. An accedente Capitulo dictae ecclesiae collegiatae ad funus, debeat praecedentia Parochus, seu potius Archipresbytero Collegiatae?

XI. An jus deferendi stolam in processionibus, & funeribus competat privative Archipresbytero, & Capitulo collegiatae?

XII. Starium frumenti occasione funerum patris, vel matris familias, aliaque oblationes funebres, an, & pro qua rata dividi debeant inter ecclesiam collegiatam & Parochos?

XIII. An in processionibus solemnibus, & rogationibus possit Capitulum, & Archipresbyter ingredi alias ecclesias, ibique solitas orationes, seu functiones praeragere?

XIV. An eidem Archipresbytero accedenti ad Infirmos pro danda benedictione in articulo mortis, liceat deferre superpelliceum, & stolam sine licentia Parochi?

XV. An Canonicus ecclesiae collegiatae habitans in domo sita intra fines alterius parochiae, ex quo dicta ecclesia collegiata caret aedibus canonicalibus, teneatur in ultima infirmitate recipere Sacramenta ab ecclesia collegiata, vel potius à Parochus domicili?

XVI. An idem Canonicus decedens, non electa sibi sepultura, debeat sepeliri in ecclesia collegiata, vel in parochia domicili?

Sacr. Congregat. Concilii die 3. Decembris 1718. respondit: *Ad I. negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem. Ad II. affirmative. Ad III. affirmative. Ad IV. negative. Ad V. negative Ad VI. affirmative arbitrio tamen Episcopi. Ad VII. affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad VIII. negative quoad Parochum defuncti, affirmative quoad alios Parochos, qui ad funus invitantur, & quoad omnes quando ad processiones accedunt. Ad IX. Dilata. Ad X. negative ad primam partem, affirmative ad secundam. Ad XI. negative. Ad XII. Dilata. Ad XIII. affirmative Ad XIV. affirmative in actu benedictionis. Ad XV. affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. Ad XVI. affirmative, dummodo adsit Sepulcrum Canoniorum.*

ROMANA. Capellaniae, in qua ad seq. dub.

I. An Balthassar institui valeat ad capellaniam, ad 36 quam fuit praesentatus, non obstante quod tempore praesentationis non esset Sacerdos, & quatenus negative?

II. An eidem sit indulgenda dispensatio, & in casu &c.

Sac. Congr. Concil. die 4. Februarii 1719. respondit: *Ad I. Affirmative. Ad II. provisum in primo.*

ALEXANDRINA, in qua ad sequens dub.

An Patres Congregationis Somaschae teneantur 37 ad applicationem Missae celebrandae in aurora, in casu &c.

S. Congr. Concil. die 18. Martii 1719. respondit: *affirmative.*

CASALEN. Residentiae, in qua ad sequens dub.

An Canonici ecclesiae collegiatae oppidi Lu' nominati per familiam de Belliardis post decretum Sacrae Congregationis Concilii emanatum de anno 1699. & per eandem familiam imposterum nominandi habeant onus formalis residentiae personalis praecise, in casu &c.

Sacr. Congreg. Concil. die 18. Martii 1719. respondit: *Negative, & amplius.*

FERRARIEN. in qua ad seq. dub.

I. An Dignitates, Canonici, Mansionarii, & Capellani Capituli, qui omnes ex usu, & consuetudine teneantur celebrare in cathedrali ecclesia missas conventuales, teneantur ad easdem applicandas pro benefactoribus, & quatenus affirmative?

II. An celebrantibus, & applicantibus missas conventuales solvenda sit eleemosyna à Capitulo, & quatenus affirmative?

III. An pro eleemosyna dictarum missarum conventualium teneantur contribuere omnes constituentes corpus Capituli, sive Sacerdotes, sive Diaconi, sive Subdiaconi, & sive participant, sive non participant de massa distributionum?

IV. An supposita obligatione applicationis missae conventualis, teneatur Capitulum imposterum continuare in recitatione Nocturni à Mortuis, & in celebratione missae cantatae cum applicatione prima die cujuslibet mensis non impedita pro Benefactoribus?

V. An capellani Curati amovibiliter à Capitulo deputati pro exercitio curae animarum teneantur diebus

Dominicis, & Festis missam applicare pro Populo, & quatenus affirmative?

VI. An eleemosyna sit iisdem persolvenda ab Archipresbytero, vel à Capitulo, & quatenus solvenda sit à Capitulo?

VII. An eleemosyna desumenda sit ex massa distributionum, vel ex fructibus præbendæ singulorum Canonicorum?

Sac. Cong. Conc. die 18. Martii 1719. respondit: *Ad I. affirmative. Ad II. affirmative. Ad III. affirmative. sed ex massa distributionum. Ad IV. & V. affirmative. Ad VI. eleemosynam esse persolvendam à Capitulo in casu. Ad VII. esse desumendam ex massa distributionum.*

AQUIPENDEN. *Indulti*, in qua da seq. dub.

40 I. An Canonicus Seraphinus vigore indulti jubilationis, si choro non intersit, participare debeat de punctaturis, seu fallentiis, in casu &c.

II. An idem participare debeat de emolumentis adventitiis anniversariorum, & associationum cadaverum, si functionibus non intersit, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 1. Aprilis 1719. respondit: *Ad I. affirmative, & amplius, Ad II. affirmative ad primam partem, dummodo non obstet voluntas testatoris, vel dantis. Ad secundam partem negative.*

MEDIOLANEN. *Oneris missarum*, in qua ad seq. dub.

41 An Hæres teneatur supplere, vel potius sit locus reductioni oneris, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 1. Aprilis 1719. respondit: *Quoad primam dubii partem negative. Ad secundam affirmative.*

MACERATEN. *Jurium parochialium*, in qua ad sequent. dub.

42 I. An liceat Præposito S. Georgii Terræ Urbisalia, & invito Plebano ecclesiæ S. Laurentii, benedicere in hebdomada majori, seu in octava Paschatis Resurrectionis cum stola, vel sine, domos eidem Plebania subjectas, in casu &c.

II. An eidem Præposito liceat intervenire funeribus & associare cadavera parochianorum Plebania S. Laurentii, ubi non fuerit vocatus, vel à Plebano, vel à familiaribus, seu hæredibus defuncti?

III. An, ubi intervenerit, possit invito Plebano exigere unum intortitium ex iis, quæ circa cadaver deferuntur, & apponuntur, vel potius dicto Præposito dictum intortitium tradi debeat ab hæredibus defuncti?

IV. An dictus Præpositus, & Clerus teneatur in hebdomada majori, & in nocte Nativitatis, & in aliis festivitatibus interesse functionibus in dicta Plebania?

V. An, & quomodo liceat Præposito peragere processionem, & in ea exercere functiones solitas in altero ex diebus rogationum?

VI. An, & quomodo in aliis solitis processionibus liceat Præposito intervenire cum Plebano, in casu &c.

VII. An, & cui in functionibus explendis in ecclesiis existentibus intra limites Plebania, vel in aliis locis tertiis, interveniente Plebano, & Præposito, præeminentia debeat, in casu &c.

VIII. An liceat Præposito prædicto alternative cum Plebano retinere in ipsius domo Concionatorem tempore Quadragesimæ?

IX. An, & quomodo liceat Præposito celebrare in ipsis ecclesiis missas & officia communitatis?

X. An, & cui competat jus deputandi quæstutores in Quadragesima pro eleemosynis animarum purgantium?

XI. An missæ cum dictis eleemosynis celebrandæ celebrari debeant in ecclesia Plebania S. Laurentii, vel in altera Præposituræ?

XII. An illi, qui à Præposito Sacramenta recipiunt teneantur pro fructibus recollectis in prædiis Plebania subjectis,olvere decimas Plebano, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 17. Junii 1819. respondit: *Ad I. II. & III. negative: ad IV. affirmative in hebdomada majori, & nocte Nativitatis: ad V. & VI. licere Præposito facere secundam processionem Rogationum, & aliis*

processionibus intervenire, quæ fiunt à Plebano, ita tamen, ut præcedentia competat Præposito in sola processione secunda Rogationum, in aliis vero Plebano: ad VII. deberi præcedentiam Plebano: ad VIII. affirmative: ad IX. affirmative, sed alternatim: ad X. & XI. servandum esse decretum Visitationis, donec aliter ab Episcopo statutum fuerit, & amplius in omnibus: ad XII. Dilata, & examinentur hinc inde formiter testes.

BRUNDISINA. *Adimplementi*, in qua ad sequent. dub.

I. An Fratres sint capaces legati in casu, de quo agitur, & quatenus negative?

II. An hæres legatum, seu onus celebrationis missarum ab altari S. Francisci de Paula transferre possit ad ecclesiam collegiatam S. Liberiani, & quatenus negative;

III. Quomodo dictus hæres adimplere valeat onus impositum celebrationis missarum?

Sac. Cong. Conc. die 26. Augusti 1719. respondit: *Ad I. & II. negative. Ad III. posse hæredem census creare, & assignare pro onere missarum, sed creare, & assignare cum auctoritate Episcopi, cui scribatur juxta mentem, ita ut novus Censuarius se obligetolvere Patribus eleemosynam ad formam testamenti.*

AUXIMANA *Restorationis ecclesiæ*, in qua ad seq. dubium.

An manutentio, seu reaptamentum ecclesiæ parochialis, & matricis terræ Staphili spectet ad Plebanum, seu Parochum, vel potius ad Communitatem, in casu &c.

Ead. Sac. Cong. die 26. Augusti 1719. respondit: *Ad primam partem affirmative; ad secundam negative, & amplius.*

NOVARIEN. *Aggregationis*, in qua ad sequens dubium.

An sit standum vel recedendum à decisis die 24. Sept. anni 1718. in casu &c.

Sac. Cong. eadem die 13. Januarii 1720. respondit: *Ad I. in decisis: ad II. in decisis, arbitrio tamen Eminentissimi Episcopi, attentis circumstantiis facti: ad VII. in decisis, nisi aliter demandetur ab Eminentissimo Episcopo: ad XII. ad mentem: ad XIII. in decisis.*

FERRARIEN. *Applicationis missarum*, in qua ad seq. dub.

An sit standum, vel recedendum à decisis die 26. Martii 1718. In casu &c.

Sac. Congr. Concil. die 24. Februarii 1720. respondit: *Standum in decisis & ampl.*

SANCTI MARCI, in qua ad seq. dub.

I. An Horarium à Reverendissimo Episcopo præcritum pro horis canonicis recitandis, & sacris functionibus absolvendis in ecclesia S. Marci sustineatur, & observari debeat?

II. An in accessu Reverendissimi Episcopi ad ecclesiam cathedralem, & in illius recessu ad palatium episcopale, ipse associari debeat à Canonicis, & quomodo?

III. An quæstuatio pro suffragio animarum purgantium fieri solita, injungi valeat per Episcopum personæ laicæ?

IV. An deputatio laici in sacristiam cathedralis ecclesiæ sustineatur?

V. An dato assueto signo per sonitum campanæ pro recitatione officii, sit expectandus accessus Reverendissimi Episcopi?

VI. An Capitularibus sit injungendum novum onus cantus Gregoriani in recitandis horis cononicis?

VII. An divisio servitii chori inter Canonicos, & Clerum Cathedralis dietim, & per Turnum sit observanda, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 15. Aprilis 1720. respondit: *Ad I. ad mentem: ad II. affirmative, & Episcopum esse associandum à Canonicis habitu canonicali indutis ab aula palatii ad ecclesiam, & ab ecclesia ad aulam, dummodo*

Episcopus sit cappa indutus: ad III. affirm. ad IV. Sacristam debere saltem esse Clericum; ad V. affirm. juxta modum insinuatam ab Episcopo Bisinianen. in sua relatione: ad VI. affirmative juxta pariter modum insinuatam ab eodem Episcopo: ad VII. servitium præstandum esse per hebdomadam, & amplius in omnibus.

48 **PORTALEGREN.** in qua ad seq. dub.

An supposita consuetudine immemorabili, licitum sit conferre primam Tonsuram, & Minores Ordines feria sexta post prandium ante diem Sabbati Quatuor Temporum, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 13. Aprilis 1729. respondit: *Affirmative quoad primam Tonsuram, & quoad ceteros Minores Ordines, consuetudinem immemorabilem tolerari posse, sed expedire, ut Episcopus se conformet Pontificali Romano, Titulo de minoribus Ordinibus.*

COMEN. *Missæ parochialis, & conventualis, in qua ad seq. dub.*

49 I. An Capitulum, & Canonici collegiatæ S. Euphemie Insulæ teneantur applicare missam conventualem pro fundatoribus, & benefactoribus?

II. An singuli eorum teneantur à die adeptæ possessionis eorum canonicatum satisfacere missas conventuales hucusque non applicatas?

III. An ultra missam conventualem, sit celebranda ab Archipresbytero Parocho missa parochialis diebus festivis, hora congrua populo, & pro eo applicanda?

IV. An eidem facere debeat in diebus ferialibus Quadragesimæ, in quibus in ecclesia parochiali habentur conciones, cum, vel sine applicatione?

V. An occurrente quod Archipresbyter Parochus celebret missam conventualem, vel alias legitime absit, vel sit impeditus tam in diebus festivis, quam ferialibus Quadragesimæ, teneatur celebrare facere per alium missam parochialem pro populo, ut supra?

VI. Qua hora concio diebus Quadragesimæ haberi debeat?

VII. An Archipresbyter teneatur satisfacere missas etiam parochiales hucusque non applicatas?

Sac. Congreg. Conc. die 11. Maii 1720. respondit: *Ad I. affirmative: ad II. ad mentem: ad III. affirmative: ad IV. affirmative, sed sine applicatione: ad V. affirmative sed cum applicatione diebus festis tantum: ad VI. arbitrio Episcopi, ad VII. affirmative, & ad mentem, ut in II.*

VENETA, in qua ad seq. dub.

50 An permittendum sit, quod in ecclesia collegiata, & parochiali S. Pauli nocte Nativitatis Domini prima noctis hora missa celebretur, in casu &c.

Sac. Congr. Concil. die 13. Julii 1720. respondit: *Negative.*

COLONIEN. in qua ad seq. dub.

51 I. An Confessarii Regularès possint seculares extra mortis periculum absolvere à casibus Ordinario reservatis, in casu &c.

II. An Confessarii Monialium exemptarum, & Prælati Regularium subjectarum possint easdem etiam extra mortis periculum absolvere à casibus Episcopo reservatis, in casu &c.

III. An supposito edicto supra recensito Confessarius Regularis extra mortis periculum absolvere possit secularem complicem criminis carnalis externi mortaliter peccaminosi secum commissi; in casu &c.

IV. An supposito pariter eodem edicto Confessarius Regularis Monialium exemptarum absolvere possit Monialem complicem criminis carnalis externi mortaliter peccaminosi secum commissi, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 16. Novembris 1720. respondit: *Ad I. negative: ad II. affirmative, præter quam quoad casus, quos Episcopus sibi reservaverit in materia clare spectante ad jurisdictionem delegatam: ad III. negative: ad IV. affirmative quatenus non sit violata clausura.*

Sed nunc quoad hoc est observanda novissima constitutio sanct. mem Summi Pontificis Benedicti XIV. incip. Sacramentum Pœnitentiæ, relata in Tom. II. hu-

jus Bibl. sub verb. Complex. peccati num. 1. 2. 3. Vide ibi, & serva.

DUBIA CONCURSUUM, ubi ad seq. dub.

I. An in concursibus, qui imposterum fient occasione vacationis ecclesiarum parochialium præcipiendum sit, ut eadem omnino quæsita omnibus Concurrentibus proponantur, & quod unusquisque ex Concurrentibus intra congruum tempus assignandum, debeat, in scriptis satisfacere quæsitis propositis, & an ulterius præcipiendum sit, ut unusquisque ex Concurrentibus sermonem scribat super textu Evangelii omnibus Concurrentibus assignando?

II. An, & quantum tempus præfigendum sit illis qui intendunt appellationem interponere, vel à mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Episcopi?

III. An ante concessionem novi examinis, appellans à mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Episcopi, in eo quod attinet ad literaturam, debeat imposterum docere de gravamine ex actis primi concursus, in quo tam suæ, quam Concurrentium responsiones proprio caractere, una cum concionibus conscriptæ invenientur?

IV. An ante appellationis admissionem, appellans ab irrationabili judicio Episcopi, non ex capite literaturæ, sed aliarum qualitatatum, teneatur docere de gravamine, aut ex actis primi concursus, aut ex aliis documentis, saltem extrajudicialibus ab ipso exhibendis?

Sac. Cong. Conc. die 16. Nov. 1720. respondit: *Ad I. affirmative per modum Instructionis: ad II. esse præfigendum tempus decem dierum ad appellandum: ad III. affirmative, & doceatur de gravamine, vel ex actibus originalibus concursus, vel ex copia authentica collationata ad formam juris: IV. affirmative.*

NULLIUS, seu FARFEN. *Reparationis ecclesiæ, in qua ad seq. dub.*

An, & à quibus sit contribuendum in reparatione ecclesiæ parochialis S. Petri in Penna Firmanæ diocesis, in casu &c.

Sac. Congr. Conc. die 8. Februarii 1721. respondit: *Esse contribuendum à Parocho, & Beneficiatis ad ratam reddituum, & amplius.*

ROMANA Capellaniæ, in qua ad seq. dub.

An capellania, de qua agitur, sit laicalis, sive potius ecclesiastica, in casu &c.

Sac. Congr. Conc. die 12. Julii 1721. respondit: *Affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem.*

ELBOREN. *Dubiorum,* in qua ad seqq. dub.

I. An Coadjutor ejusdem canonicatus cum futura successione, & assignata congrua, alias exterus, eo ipso dici possit subjectus Capitulo Elboren. ad effectum suscipiendi Ordines, absque alia dimissoria Episcopi suæ originis?

II. An supradicta Coadjutoria sufficiat saltem, ut talis Coadjutor dicatur habere domicilium requisitum à Constitutione S. M. Innocentii XII. incip. Speculatores ad effectum suscipiendi Ordines, ex eo quod ex possessione talis Coadjutoria perpetua, videtur sufficienter demonstratus animus perpetuo permanendi?

III. An idem Episcopus Auxiliaris teneatur inquirere, utrum circa illos, qui sibi ab Ordinario, seu Capitulo proponuntur, seu dimittuntur ordinandi, satisfactum sit supradictæ constitutioni *Speculatores*, non obstante quod ipsi non competat habitare, & expedire Ordinandos, sed Provisori Capituli, à quo non in genere, sed expressè personæ habiles, & expeditæ proponuntur?

Sac. Congr. Conc. die 23. Augusti 1721. respondit: *Ad I. affirmative: ad II. satis provisum in primo, ad III. non teneri inquirere, sed posse, & debere, juxta subsistente causa, se abstinere ab Ordinatione.*

DUBIUM Visitationis, ubi ad sequent. dub.

I. An Vicarius Capitularis Scardonen. facere possit visitationem civitatis, & diocesis?

II. An facere possit visitationem personalem Capitularium, in casu &c.

Sacr. Congr. Conc. die 13. Septembris 1721. respondit: *Ad I. & II. affirmative, dummodo elapsus sit annus a die ultimæ Visitationis factæ ab ordinario.*

ASTEN. *Officii Fabricerii*, in qua ad sequent. dub.

57 I. An electio ad officium Fabricerii in personam D. Canonici Goria sustineatur in casu, & quatenus affirmative.

II. An Canonicus Goria sit excusandus ab acceptio-
ne dicti officii, in casu, & quatenus negative.

III. An exercere teneatur per se ipsum, vel illud exercere valeat per suum Coadjutorem, aut alium ex Beneficiatis ejusdem cathedralis ab ipso substituendum, in casu &c.

Sacr. Congr. Conc. die 2. Octobris 1721. respondit: *Ad I. affirmative; ad II. negative; ad III. negative quoad primam partem, affirmative ad secundam; negative ad tertiam.*

BITECTEN. in qua ad seq. dub.

58 I. An obtinens primum beneficium, sive liberæ collationis, sive de jure patronatus laicorum ad sui substitutionem sufficiens possit absque dispensatione apostolica retineri secundum de jure patronatus laicorum, in casu &c.

II. An obtinens duo beneficia, sive liberæ collationis, sive de jure patronatus laicorum, minime sufficientia ad congruam substitutionem, possit retinere tertium, & quartum de jure patronatus laicorum absque dispensatione apostolica, in casu &c.

III. An id, quod procedit in retentione beneficiorum procedere etiam debeat in legatis piis, & capellaniis de jure patronatus laicorum, in casu &c.

Sacr. Congr. Conc. die 6. Decembris 1721. respondit: *Ad I. negative. Ad II. negative, & ad mentem: ad III. negative.*

LUCANA *Funerum*, in qua ad sequent. dub.

59 I. An cadavera defunctorum sepelienda in ecclesia Patrum Minorum Observantium Terræ Petræ Sanctæ, antequam ad eorum ecclesiam deferantur, debeant prius asportari ad parochialem, & eorum ibi debeat fieri expositio usque ad horam sepulturæ, & quatenus negative.

II. An Parochus teneatur restituere ceram, & alia emolumenta percepta occasione associationis, & expositionis in sua ecclesia cadaverum Angelæ, & Annæ, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil die 14. Martii 1722. respondit: *Ad I negative, ad II. affirmative.*

VELITERNA, in qua ad seq. dub.

60 I. An Canonici collegiatae ecclesiæ oppidi di Core teneantur quotidie missam conventualem celebrare, & quatenus affirmative.

II. An teneantur quotidie dictam missam conventualem applicare pro benefactoribus, & quatenus affirmative.

III. An, & quæ exemptio, sive à celebratione, sive ab applicatione missæ conventualis iisdem, attentata præbendarum tenuitate, sit indulgenda, in casu &c.

Sacr. Congr. Conc. die 14. Martii 1722. respondit: *Ad I. affirmative: ad II. affirmative: ad III. posse indulgeri, ut missas applicent diebus tantum festis de præcepto.*

VITERBIEN. *Visitationis sacrorum liminum*, in qua ad sequens dub.

61 An Patres Capuccini Capellani triremium Summi Pontificis excipere possint Confessiones remigum sine approbatione Episcopi Viterbiensis, & aliorum in triremibus degentium, sive quando remiges, & alii sunt in *darsena*, sive quando remiges, aliisque in triremibus degentes sunt in civitate Centum Cellarum, in casu &c.

Sacr. Congr. Conc. die 18. Aprilis 1722. respondit: *Posse Patres Capuccinos sine approbatione Ordinarii Viterbien. & cum sola approbatione Urbis Vicarii excipere Confessiones remigum, & aliorum in triremibus continuo*

degentium, tam in ipsis triremibus, quam in portu, & receptaculo vulgo Darsena, & in hospitio in darsena existente, sed non posse eosdem Patres Capuccinos excipere eorumdem Confessiones in civitate Centum Cellarum sine approbatione Ordinarii Vitervien.

JANUEN. *Jurisdictionis*, in qua ad sequens dub.

An, & de cujus bono jure constet procedendi in 61 criminalibus contra Canonicos, & Capitulares Metropolitanæ Januen. una cum, vel sine adjunctis, etiam ad effectum manutentionis, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 4. Julii 1722. respondit: *Constare de bono jure Eminentiss. Archiepiscopi procedendi in criminalibus contra Canonicos sine adjunctis, etiam ad effectum manutentionis.*

MELPHITEN. in qua ad sequent. dub.

I. An Edictum Reverendissimi Episcopi sustineatur, 63 & quatenus affirmative.

II. An sit toleranda gestatio perucchæ in casu, de quo agitur &c. *Vide ibi, ubi afferuntur plura decreta prohibentia gestare peruccham in celebratione missæ.*

Sacr. Congr. Concil. die 8. Augusti 1722. respondit: *Ad I. affirmative. Ad II. negative in casu de quo agitur.*

ULIXBONEN. *Occidentalis* in quo ad sequent. dub.

I. An liceat Confessariis Regularibus Monialium iis 64 dem subjectarum habitare in mansionibus suis in atrii monasteriorum muro circumvallatis, & quæ sunt contigua monasteriis, & habent portam, quæ clauditur, in casu &c.

II. An famuli & famulæ Monialium seculares in iisdem mansionibus degentes teneantur recipere sacramentum Eucharistiæ tempore paschali à Parochis in quorum Parochiis monasterium, & mansiones sitæ sunt, in casu &c.

III. An ad dictos Parochos spectet Sacramenta dictis famulis, & famulabus ministrare in casu ultimæ infirmitatis, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 17. Septembris 1722. respondit: *Ad I. negative. Ad II. affirmative. Ad III. affirmative & amplius in omnibus.*

SPOLETANA, in qua ad sequent. dub.

I. An Canonici collegiatae ecclesiæ S. Petri civitatis 65 Spoleti, teneantur quotidie missam conventualem celebrare, & quatenus affirmative.

II. An teneantur quotidie dictam missam conventualem applicare pro benefactoribus, & quatenus affirmative?

III. An & quæ exemptio, sive à celebratione, sive ab applicatione missæ conventualis, iisdem attentata præbendarum tenuitate, sit indulgenda, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 19. Decemb. 1722. respondit: *Ad I. & II. affirmative. Ad III. pro gratia quoad applicationem tantum, ut in Veliterna 14. Martii 1722.*

MONTIS MARANI *servitii ecclesiæ*, in qua ad sequent. dub.

I. An Presbyteri ecclesiæ Vulturariæ teneantur ca- 66 nere missas, anniversaria defunctorum, & alia divina officia, in ecclesia, & choro cum cotta, veste talari, & birreto clericali, in casu?

II. An in missis anniversariis canendis pro defunctis, teneantur canere *Sequentiam Dies iræ*, in casu &c.

III. An in missis prædictis canenda sit epistola in choro, vel potius ante altare in cornu epistolæ ab uno de Clero, in casu &c.

IV. An missa canenda sit cum assistentia saltem Clerici cotta induti, vel potius sine cotta, & licitum sit laico inservire Celebranti, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 30. Januarii 1723. respondit: *Ad I. affirmative. Ad II. affirmative. Ad III. quoad primam partem negative, ad secundam affirmative. Ad IV. Missam esse canendam cum assistentia saltem Clerici cotta induti.*

JANUEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

67 **I. An Conservator Venerabilis collegii Patrum Societatis Jesu civitatis Januæ, tam in casibus, quam extra casus manifestæ violentiæ, vel injuriæ, possit procedere, sive Patres Societatis sint Auctores, sive Rei?**

II. An pendente aliqua lite coram Ordinario Metropolitano semel introducta cum Patribus Societatis Jesu, post eorum consensum in jurisdictionem, liceat iisdem convolare ad Judicem Conservatorem?

III. An in supradicto casu litis jam introductæ, ut supra, inhibitiō Conservatoris, si quæ fiat Ordinario, & Parti, illiusque successiva decreta annullativa actorum ab Ordinario post dictam inhibitionem factorum, sint attendenda?

Sac. Cong. Concil. die 20. Februarii 1723. respondit: *Ad I. affirmative, in casibus tamen manifestæ violentiæ, & injuriæ, & quando Patres sunt Rei. Ad III. negative.*

SORONA Funerum, in qua ad seq. dub.

68 **I. An constet de electione sepulturæ facta per Flaminium Marini in ecclesiâ Patrum Carmelitarum, & quatenus affirmative.**

II. An sit locus exhumationi, & restitutioni cadaveris, & emolumenta ad ecclesiam tumultantem spectantia sint restituenda, in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 24. April. 1723. respondit: *Ad I. & II. affirmative, in casu & amplius.*

CREMONEN. in qua ad sequent. dub.

69 **I. An Præposito S. Leonardi invitato, & renuente, aut impedito intervenire processioni occasione festi Nativitatis B. M. V. adhuc confratres Mortis oppidi Casalis Majoris illam facere possint absque licentia dicti Præpositi, in casu &c.**

II. An dicti confratres facere possint eandem processionem cum interventu Capellani, aut alterius Sacerdotis per ipsos, non autem per Præpositum destinandi, in casu &c.

III. An Præposito S. Leonardi, & simul confratri dictæ confraternitatis competant duo suffragia, vel unum dumtaxat in Congregationibus ejusdem confraternitatis, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 5. Junii 1723. respondit: *Ad I. affirmative intra ambitum proprii Oratorii, extra vero ambitum negative, nisi Episcopi licentia accedat. Ad II. affirmative. Ad III. negative quoad primam partem & affirmative quoad secundam.*

AQUILANA Jurisdictionis, in qua ad seq. dub.

70 **I. An Episcopo accedenti ad visitandum monasteria Monialium PP. Coelestinis subjectarum, debeantur in ingressu ecclesiæ solitæ honorificentæ, & præminentæ, omnesque actus reverentiales, ac associari, tam in ingressu, quam in egressu ecclesiæ à prædictis PP. Coelestinis?**

II. An Moniales prædictæ teneantur tradere Episcopo visitanti librum Regularum, & teneantur similiter subire ad solitas crates onus personalis visitationis quoad clausuram spectantis?

III. An Episcopus possit solus cum suis Convisitatoribus ingredi, & visitare clausuram prædict. Monialium absque interventu P. Abbatis Coelestinorum?

IV. An Episcopus possit visitare nedum crates, & mœnia exteriora prædictorum monasteriorum, sed etiam chororum interiorum, dormitoria, cellas, aliaque loca pro clausuræ custodia?

V. An possit Episcopus occasione S. Visitationis habere sermonem spirituales prædict. Monialibus tam intra, quam extra septa monasterii?

VI. An possit Episcopus nedum visitare altaria, & capellas ecclesiarum prædictorum monasteriorum, in quibus beneficia, aliaque onera missarum insint, verum etiam, & Tabernaculum cum altari majori?

Sacra Congregat. Conc. die 31. Julii 1723. respondit: *Ad I. affirmative quoad Ministros Officiales monasterii, & quoad Confessarium ejusdem tantum. Ad II. negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam. Ad III. IV. & V. affirmative. Ad VI. negative.*

MELEVITANA. Jurisdictionis, in qua ad sequent. sub.

I. An Decanus cathedralis ecclesiæ, ad quem spectat convocare Capitulum, teneatur, Sede Episcopali vacante, petere licentiam à Vicario Capitulari pro convocandis Capitularibus, in casu &c.

II. An ipso Decano absente, renuente, aut alias quomodolibet impedito, facultas convocandi Capitulum devolvatur ad successivas Dignitates, & Canonicos gradatim, exclusis eorum Coadjutoribus, in casu &c. & quatenus affirmative.

III. An Vicarius Capitularis possit procedere ad censuras contra Decanum, & Dignitates, & Canonicos convocantes Capitulum sine licentia in casu &c.

IV. An Decanus, Dignitates, & Canonici convocantes Capitulum, uti valeant quacumque persona pro intimandis Capitularibus, nec non quocumque Notario casu, quo Cursores, & Cancellarius eorum officium præstare recusent, in casu &c.

V. An Dignitas, seu Canonicus Capitulo præsidens teneatur certiore reddere Vicarium Capitularem absentem de resolutionibus Capitularibus, & quatenus affirmative, quibus remediis procedi possit contra recusantem, in casu &c.

VI. An actus registratus in cancellaria Episcopali die 30. Augusti 1721. de Ordine Vicarii Capitularis in quo supponitur, Decanum petiisse ab eo licentiam convocandi Capitulum, subsistat, vel potius sit annullandus, & delendus, in casu &c.

VII. An sustineatur inhibitiō transmissa Decano, & Canonicis die 13. Aprilis 1722. de mandato Vicarii Capitularis sub poena excommunicationis majoris ipso facto incurrendæ, in casu &c.

VIII. An actus registratus in cancellaria episcopali die 17. Octobris 1722. de Ordine Reverendissimi Episcopi, in quo supponitur, Decanum petiisse à Vicario Capitulari licentiam sub conditione, subsistat, vel potius sit annullandus, in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 18. Septembris 1723. respondit: *Ad I. negative. Ad II. affirmative quoad primam partem & quoad secundam habebitur ratio in casibus particularibus, visis literis Coadjutoriorum. Ad III. negative. Ad IV. affirmative. Ad V. negative. Ad VI. & VIII. ad mentem; & mens est quod deleantur. Ad VII. negative.*

ORDINIS S. FRANCISCI, in qua ad seq. dub.

An decretum hujus Sacræ Congregationis editum die 17. Julii 1700. quo dictum fuit servandum esse solitum, ita sit intelligendum, ut Indulgentia Portiunculæ acquiri possit à Christi fidelibus à vespere kalendarum Augusti ad vespere diei sequentis non semel, licet pluries debitis intercedentibus requisitis, ecclesias Ordinum S. Francisci pluries visitaverint, sed toties, quoties easdem ecclesias dicta die debitis intercedentibus requisitis visitaverint.

S. C. C. die 4. Dec. 1723. respondit, *servetur solitum.*

URBIS, in qua ad seq. dub.

Quomodo se gerere debeat Parochus S. Spiritus in Saxia in collatione Baptismatis Infantibus, qui ad Archihospitale deferuntur, sive iidem habeant schedulam de Baptismo testantem, sive non habeant, & etiamsi ex colore, & ceteris corporis qualitibus deprehendantur, eosdem esse constitutos in ætate sex, aut decem mensium, vel unius anni cum dimidio?

Sacr. Cong. Conc. die 15. Januarii 1724. respondit: *Esse baptizandos sub conditione in omnibus casibus expositis juxta instructionem, & instructio est, quod excipiantur à Baptismo sub conditione casus schedulæ; quæ haberet certitudinem.*

NOVARIEN. in qua ad seq. dub.

I. An denunciations matrimoniales, & Ordinandorum, aliæque similes functiones parochiales faciendæ sint in celebratione missæ parochialis, quæ celebratur in parochiali, & collegiata Burgi Manerii, seu potius liceat Præposito, & Parocho ejusdem collegiatae illas facere

in celebratione missæ conventualis contradicente Capitulo, in casu &c.

II. An liceat eidem Præposito, & Parocho habere conciones ad Populum in diebus Dominicis, & festivis inter celebrationem dictæ missæ conventualis absque consensu Capituli, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 8. Julii 1724. respondit: *Ad I. arbitrio Parochi. Ad II. affirmative, dummodo fiant ex suggestu, & non excedant medietatem horæ.*

BONONIEN. in qua ad sequentia dubia.

75 I. An constet de validitate translationis Ven. confraternitatis Salutis ab ecclesia villæ Fontanæ ad ecclesiam hospitalis Peregrinorum S. Antonii Abbatis terræ Medicinæ, in casu &c.

II. An sustineatur Breve Apostolicum concessionis perpetuæ ecclesiæ modo dicti hospitalis pro exercitio functionum ecclesiasticarum confraternitatis, in casu &c.

III. An valeat eadem confraternitas ab ecclesia hospitalis prædicti Imaginem B. Mariæ Virginis Conceptionis singulis annis in festo S. Pii V. seu Dominica eidem festivitati sequenti ad dictam ecclesiam villæ Fontanæ processionaliter transferre. Subinde die sabbati immediata post festivitatem S. Augustini ad dictam ecclesiam S. Antonii terræ Medicinæ restituere; nec non successivo die Dominico missa solemnè, ac vespèris cum cantu celebratis, processionem generalem facere per dictam terram Medicinæ, in casu &c.

IV. An hujusmodi processione expleta possit Capellanus confraternitatis superpelliceo, & stola indutus, absente, vel etiam renuente Parocho, populum benedicere, in casu &c.

V. An liceat eidem confraternitati facere aliam processionem Pœnitentiæ nuncupatam in una ex diebus Hebdomadæ Sanctæ, in casu &c.

VI. An sustineatur aggregatio confraternitatis facta Archiconfraternitati Cincturatorum Bononiæ, in casu &c.

VII. An ratione privilegiorum ejusdem archiconfraternitatis liceat ipsi confraternitati facere processiones in quartis Dominicis cujuslibet mensis, & alias, tam intra, quam extra ambitum ecclesiæ, in casu &c.

VIII. An liceat eidem confraternitati celebrare per annum missas privatas, solemnes, tam pro vivis, quam pro defunctis in casu &c.

IX. An liceat confraternitati Salutis sepelire in propria ecclesia cadavera confratrum, & consororum, qui ibidem elegerint sepulturam, & an ejusdem Capellanus, absente Parocho, valeat officium, aliasque functiones super iisdem cadaveribus explere, in casu &c.

X. An eidem confraternitati liceat associare SS. Eucharistiæ Sacramentum, & cadavera defunctorum cum aliis confraternitatibus, atque cum ipsis interesse processionibus, in casu &c.

XI. An liceat dictæ confraternitati facere Novenas ante solemniore suæ ecclesiæ festivitates cum Expositione Sanctissimi, nec non tempore infirmitatis alicujus confratris velatam Pixidem exponere, & ipsius Capellano in prædictis functionibus populum benedicere, in casu &c.

XII. An liceat eisdem confratribus recitare in dicta ecclesia hospitalis Peregrinorum S. Antonii horas canonicas cum cantu, vel absque cantu, in casu &c.

XIII. An in sæpèdicta ecclesia confraternitatis haberi possint publicæ functiones de tempore dictarum Novenarum, & publicationis Indulgentiarum, aliarumque ecclesiasticarum functionum, in casu &c.

XIV. An eidem confraternitati liceat quæsturare tam intra, quam extra territorium Castri Medicinæ, in casu &c.

XV. An liceat confratribus S. Mariæ Salutis saccis indutis processionaliter ad ecclesiam archipresbyteralem accedere ad effectum Sacram Eucharistiam sumendi, tum in solemnitate Paschali pro satisfaciendo præcepto ecclesiæ, tum in aliis diebus infra annum; & an Archipresbyter eisdem dicto modo accedentibus teneatur

tur Sacram Eucharistiam subministrare, in casu &c.

S. C. C. die 28. Julii 1724. respondit: *Ad I. & II. affirmative: ad III. affirmative, de licentia tamen Ordinarii: ad IV. affirmative in propria ecclesia, negative extra propriam: ad V. affirmative, de licentia tamen Ordinarii: ad VI. affirmative: ad VII. affirmative intra ambitum, negative extra ambitum. Ad VIII. affirmative quoad missas privatas tam pro vivis, quam pro defunctis, quo vero ad solemnes pro vivis affirmative, & quoad solemnes pro defunctis servantur constitutiones synodales: ad IX. affirmative ad primam partem, & quoad secundam negative; nisi Parochus vocatus renuat; vel alium Sacerdotem non substituat: ad X. affirmative, dummodo sit invitata: ad XI. servantur constitutiones synodales: ad XII. affirmative: ad XIII. affirmative in omnibus de licentia Ordinarii: ad XIV. & XV. arbitrio Ordinarii, & amplius in omnibus.*

SAVONEN. in qua ad sequent. dub.

I. An Ædes Sacra S. Mariæ de Areneto sit ecclesia publica, vel oratorium privatum, in casu &c.

II. An constet de nullitate, & injustitia Interdicti, & respectivè suspensionis à divinis, in casu &c. quibus die 28. Julii 1724. responsum fuit: *Dilata, & fiat Placita judicialis &c. At impetrata nova audientia proponitur dubium.*

An sit standum, vel recedendum à decisis, in casu &c.

Sacra Congregat. Concil. die 9. Septembris 1724. respondit: *Prævio recessu à decisis, ecclesiam esse publicam, facta tamen per Senatorem Imperialem in publico Instrumento declaratione, se nullum jus habere in area sita ante ecclesiam, nec non quod claves, tam ecclesiæ, quam Areæ prædictæ retineantur à Capellano, & ad D. Secretarium cum Sanctissimo pro declaratione, quod area non gaudeat immunitate; & quoad II. affirmative, & amplius.*

MONTIS FALISCI, in qua ad sequent. dub.

I. An onus anniversarii, & missarum annualium sit perpetuum, vel potius temporale ad vitam hæredum testamentariorum?

II. Quæ quantitas missarum intelligatur sub nomine anniversarii, & missarum annualium?

III. An sub nomine anniversarii, & missarum annualium, intelligatur unum, & idem onus, seu, potius sint onera diversa, & distincta?

IV. An pœna injuncta in casu contraventionis sit temporalis, restricta ad primos hæredes, vel potius perpetua, repetita in aliis successive hæredibus?

V. An Orator teneatur in solidum, vel pro sua virili tantum, & quid super aliis bonis per ipsum possessis, & emtis ab aliis cohæredibus?

Sacr. Congr. Concil. die 16. Decembris 1724. respondit: *Ad I. negative ad primam partem, & affirmative ad secundam, & in reliquis satis provisum in primo.*

TURRITANA, in qua ad sequentia dubia.

I. An Vicario Capitulari Turritano liceat procedere causis Canonicorum Ecclesiæ Metropolitanæ, tam in communi, quam in particulari, non obstante illius suspicionem, seu recusationem per eosdem Canonicos, seu Capitulum allegata, in casu &c.

II. An competat Capitulo Metropolitano Turritano facultas recipiendi recusationes Vicarii Capitularis per Dioecesanos Turritanos propositas, seu proponendas, & respectivè deputandi Arbitros pro admittendis, seu rejiciendis causis earumdem recusationum, in casu &c.

III. An præfato Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ licitum fuerit recipere suspensiones, seu recusationem ejusdem Vicarii coram ipso propositas per R. D. Antonium Murgiam Rectorem Ecclesiæ Parochialis de Ossi, & R. P. Antonium Franciscum Serram Plebanum ecclesiæ parochialis de Osilo, in casu &c.

IV. An Censuræ relaxatæ per eundem D. Vicarium Capitularem adversus Archipresbyterum, Decanum, & Canonicum antiquiorem prædictæ ecclesiæ, sustineantur, in casu &c.

Sacr. Congreg. Concil. die 16. Decembris 1724. respon-

pondit: *Ad I. affirmative: ad II. & III. affirmative: ad IV. negative.*

TURRITANA, in qua ad sequens dubium.

79 An, & in qua parte sit standum, vel recedendum à decisio die 16. Decembris 1724.

Sacr. Congreg. Concil. die 13. Januarii 1725. respondit: *Ad I. & II. in decisio. Ad III. recedendum à decisio. Ad IV. in decisio.*

ASCULANA, in qua ad sequent. dub.

80 I. An liceat confratribus confraternitatis Sanctissimi Suffragii Terræ Offidiæ convocare Congregationes tam generales, quam particulares, ac devenire ad electionem Officialium, aliaque negotia confraternitatis proponere ac determinare absque licentia, & assistentia Reverendissimi Episcopi, seu Vicarii Foranei, aut alterius Personæ per Reverendissimum Episcopum deputandæ, & quatenus affirmative.

II. An saltem Reverendissimus Episcopus in aliquo casu per se, vel per alium ab ipso deputandum possit intervenire dictis Congregationibus generalibus, & quatenus affirmative.

III. An Episcopus, seu Persona per eum deputanda possit suffragium ferre?

IV. An liceat Reverendissimo Episcopo remove Officialia, & Ministros à confratribus electos, quatenus non sint idonei, & graves exceptiones patiantur?

V. An Officialia teneantur reddere rationem eorum administrationis Ordinario, sive in actu visitationis, sive alio tempore, & in quo loco?

VI. An Officialia, sive Confratres possint acceptare legata, & pecunias relictas à testatoribus investire, vel in usus à testatoribus destinatos, sive in alios erogare absque licentia Ordinarii?

S. Cong. Concil. die 24. Martii 1725. respondit: *Ad I. II. IV. & VII. affirmative: Ad III. negative. Ad V. affirmative, tam in actu Visitationis, quam extra, & in loco ab Episcopo designando, in terra tamen Offidiæ. Ad VI. negative, & quoad legata pure lucrativa, & erogationem in usus à testatoribus designatos affirmative, sed cum participatione Episcopi.*

JANUEN. in qua ad sequentia dubia.

81 I. An, & de cujus licentia Sacram Eucharistiam recipere debeant Moniales, quæ eam recipere volunt ultra dies statutos à constitutionibus vel à consuetudine monasterii, ut in illis omnes Moniales communicent?

II. Quomodo se gerere debeat Superiorissa monasterii circa retentionem clavis parvæ fenestræ per quam sumitur à Monialibus Eucharistia, in casu &c.

Sacr. Congreg. Concil. die 14. Aprilis 1725. respondit: *Ad I. de licentia Confessarii ordinarii, & non Directorum, prævia participatione Prælati Ordinarii. Ad II. servandum esse decretum S. Congreg. Episcoporum. & Regular. die 5. Septembris 1617.*

DERTONEN. *Jurium parochialium*; in qua ad seq. dub.

82 I. An occasione processionum, seu funerum faciend. cum interessentia Capituli, teneantur Parochi incedere sub cruce Capituli, seu potius an, & sub qua cruce sit incedendum?

II. Starium frumenti occasione funerum patris, vel matris familias, aliæque oblationes funebres, an, & pro qua rata dividi debeant inter ecclesiam collegiatam, & Parochos?

III. An Canonicus ecclesie collegiatæ habitans in domo sita intra fines alterius parochiæ, ex quo dicta ecclesia collegiata careat ædibus canonicalibus, teneatur in ultima infirmitate recipere Sacramenta ab ecclesia collegiata, vel potius à Parocho domicili, in casu &c.

Sacr. Congreg. Concil. die 14. Aprilis 1725. respondit: *Ad I. affirmative quoad primam partem, & quoad secundam satis provisum in prima: ad II. in decisio: ad III. Dilata, & exhibeatur Breve Gregorii XV.*

NEAPOLITANA Capellaniarum, in qua ad sequent. dub.

FERRAR. BIBLIOTHEC. Tom. X.

I. An Capellani de quibus agitur, possint obtinere 83 beneficia Curata, vel Œconomias ecclesiarum parochialium, aut incumbentias expediendi Confessiones Monialium, vel alia onera cum celebratione missarum incompatibilia acceptare, satisfaciendo per substitutos oneri prædictarum missarum?

II. An Capellani pro aliqua die cujuslibet hebdomadæ legitime impediti, qui missarum celebrationem per alium Sacerdotem satisfaciunt, debeant huic Sacerdoti persolvere stipendium pro Capellanis statutum vel solam eleemosynam manualem?

III. An ad Capellanos uti supra impeditos, vel potius ad Officialia, vel Gubernatores domus pertineat substituere Sacerdotes missam celebrare debentes?

IV. An Capellani durante infirmitate teneantur oneri missarum satisfacere per substitutum, in casu &c.

Sacr. Congreg. Concil. die 14. Aprilis 1725. respondit: *Ad I. negative hoc est quoad incompatibilia cum celebratione missarum per se ipsos: ad II. negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam: ad III. affirmative ad primam, negative ad secundam partem: ad IV. affirmative quoad Capellanos institutos à Clemente VIII. & quoad institutos à Clemente XI. exhibeatur Breve, & amplius.*

BRUGNATEN. *Collegialitatis*, in qua ad sequens dub.

An constet de collegialitate ecclesie S. Stephani 84 Pentis Sigestri, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 14. Aprilis 1725. respondit: *Negative & amplius.*

GNESNEN. in qua ad sequentia dubia.

I. An Archiepiscopus Gnesnen. potuerit procedere 85 ad exigendam redditionem rationis absque Adjunctis, in casu &c.

II. An censuræ relaxatæ per eundem Archiepiscopum sustineantur, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 14. Apr. 1725. respondit: *Ad I. affirmative. Ad II. negative.*

LUNEN. *Sarzanen. Præminentiarum*, in qua ad sequentia dubia.

I. An post erectam ecclesiam S. Mariæ de populo 86 in collegiatam competat Archipresbytero Sanctorum Hippolyti, & Cassiani de Saliceto jus canendi missam in dicta ecclesia collegiata die festo Sanctissimi Corporis Christi?

II. An processio dicta die facienda cum Venerabili competat dicto Archipresbytero illam inchoando à dicta ecclesia collegiata, vel ab alia ecclesia intus oppidum Pontremoli privative ad dictum Præpositum, & Capitulum dictæ collegiatæ, sive potius jus faciendi dictam processionem prælative pertineat ad dictum Præpositum, & Capitulum respectu dicti Archipresbyteri, & aliorum & Parochorum dicti Oppidi?

III. An idem Præpositus collegiatæ teneatur recipere Olea Sacra è manibus dicti Archipresbyteri Sanctorum Hippolyti, & Cassiani, seu potius iste teneatur illa recipere per manus dicti Præpositi?

IV. An Præpositus prædictus, & Capitulum teneatur processionaliter quotannis in vigilia Ascensionis Domini nostri adire, & visitare dictam ecclesiam SS. Hippolyti, & Cassiani, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 9. Junii 1725. respondit: *Ad I. negative: ad II. negative quoad primam partem, & affirmative, quoad secundam: ad III. negative quoad utramque partem: ad IV. affirmative ratione piæ consuetudinis tantum.*

ATRIEN. in qua ad seq. dub.

An cessio bonorum obstet Michaeli quin ad Sacros 87 Ordines promoveri possit, in casu &c.

Sacr. Cong. Conc. die 23. Junii respondit: *non esse promovendum.*

VIENNEN. *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

I. An, & cui competat jus administrandi Sacramen- 88 ta,

ta, & alia jura parochialia exercendi in domo, & intra septa Commendæ Sacri Ordinis Teutonici civitatis Vienen. tam quoad Familiam Commendatarii, quam quoad subditos, Vassallos, & Colonos Commendæ, & alios Inquilinos ejusdem domus in casu, &c. & quatenus affirmative respectu Parochi quoad mere Inquilinos.

II. An Parochus teneatur petere licentiam à Commendatario pro tempore ad effectum ingrediendi dictam domum, & septa Commendæ, ibique administrandi eisdem Inquilinis Sacramenta, ac alia jura parochialia exercendi, in casu &c.

S. C. C. die 13. Julii 1725. respondit: *Ad I. Competere Parocho quoad Inquilinos, & quoad reliquos scribatur Nuncio & Archiepiscopo juxta instructionem; ad II. negat.*

REATINA, in qua ad sequent. dub.

89 I. An sit procedendum ad executionem Brevis Datarie super impedimento affinitatis ex copula illicita, in casu &c. & quatenus affirmative.

II. An consensus à contrahentibus sit renovandus coram Parocho, & testibus, in casu &c.

S. C. C. die 13. Julii 1725. respondit: *Ad I. affirmative obtenta dispensatione per Secret. à Sanctiss. super falsa imputatione prætensorum impedimentorum, de quibus agitur. Ad II. affirmative.*

SAVONEN. in qua ad sequent. dub.

0 I. An constet de sufficientia fructuum pro erigendis Capellanis, in casu &c. & quatenus affirmative?

II. An debeant esse perpetuæ, vel manuales?

III. An, & quibus competere debeat jus nominandi in casu &c.

S. C. C. die 4. Augusti 1725. respondit: *Ad I. Affirmative juxta modum præscribendum ab Eminentissimo Præfeto, & amplius. Ad II. debere esse manuales, & amplius. Ad III. spectare ad Officiales Confraternitatis.*

ROMANA, seu BONONIEN. in qua ad seq. dub.

91 I. An distributio dotium fieri debeat puellis Romæ degentibus, vel potius puellis in civitate Bononiæ habitantibus, & quatenus fieri debeat puellis in Urbe degentibus.

II. An ex gratia indulgeri possit hæredi, ut medietatem dotium distribuatur puellis in Urbe degentibus, & aliam medietatem puellis in civitate Bononiæ commorantibus?

Sacr. Cong. Concil. die 22. Septembris 1725. respondit: *Ad I. quoad primam partem affirmative, quoad secundam negative. Ad II. negative.*

CATHACEN. in qua ad sequent. dub.

92 I. An professio Fidei sit emittenda tam à Canonicis cathedralis, quam collegiatarum?

II. An eadem emitti possit per Procuratorem?

III. An sit emittenda coram Episcopo, aut ejus Vicario, & deinde coram Canonicis capitulariter congregatis?

IV. Quibus poenis subjaceant non emittentes, vel debito modo non emittentes professionem Fidei?

Sacr. Congr. Concil. die 9. Februarii 1726. respondit: *Ad I. esse emittendam à Canonicis cathedralis, & non collegiatarum: ad II. negative: ad III. emittendam esse coram Episcopo, aut ejus Vicario, & etiam coram Canonicis capitulariter congregatis, sufficere tamen si emittatur coram Capitulo, cui Episcopus, vel Vicarius generalis intersit: ad IV. non facere fructus suos, sed distributiones lucrari pro horis quibus intersunt.*

LANCIANEN. in qua ad sequent. dub.

93 I. An Ordinatus ad titulum beneficii teneatur in illius resignatione individualiter exprimere, se fuisse ad ejus titulum ordinatum?

II. An hæc individua expressio suppleatur per assertivam, forsitan ordinatus?

III. An constare debeat per probationes concludentes, resignantem habere, quo commode vivere possit?

IV. An hæc probatio censeatur adimpleta per solam confessionem juratam resignantis?

V. An resignans teneatur aliud beneficium habitum vel alia bona subrogare beneficio resignato?

VI. An hæc subrogatio facienda sit per Episcopi declarationem, in casu &c.

Sacr. Cong. Concil. die 9. Februarii 1726. respondit: *Ad I. affirmative. Ad II. negative, & ad mentem, & mens est quod hæc resolutio habeat locum in futuris resignationibus. Ad III. V. & VI. affirmat. Ad IV. negat.*

AUXIMANA, in qua ad sequens dub.

An Rectores beneficiorum, Capellani, alique celebrantes in ecclesia collegiata singuli teneantur solvere utensilia Capitulo dictæ ecclesiæ, & pro qua summa, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 25. Februarii 1726. respondit: *Rectores beneficiorum, Capellanos perpetuos, Canonicos obtinentes ultra Canonicatum Capellanas perpetuas, & ipsum Capitulum pro rata onerum perpetuorum teneri ad solutionem utensilium Sacristiæ ad rationem unius oboli pro qualibet missa, exceptis tantum à solutione utensilium missis adventitiis, & amplius.*

VOLATERRANA, in qua ad sequent. dub.

I. An Patres Conventuales S. Francisci Montis Ærei invitati, accedentes ad funus convenire debeant in ecclesia parochiali ejusdem loci, inde omnes una cum Parocho processuri ad locum, ex quo defunctus est referendus?

II. An cadavera defunctorum in ecclesia PP. Minorum Conventualium sepelienda, antequam ad eorum ecclesiam deferantur, debeant prius asportari ad parochialem, seu potius recto tramite deferri ad ecclesiam patrum? & quatenus affirmative quoad primam partem.

III. An super cadaveribus primo transportatis ad parochialem possit Archipresbyter exequias, vel alias funebres functiones peragere, & aliquam funeris partem accipere?

IV. An Archipresbyter associando cadavera sepelienda in ecclesia Patrum Conventualium teneatur incedere sub illorum cruce, seu potius valeat propriam crucem elevare? & quatenus affirmative quoad secundam partem.

V. An Archipresbyter dicti loci possit ingredi cum cruce, & stola eorum ecclesiam, & super cadaveribus defunctorum ibidem tumulandorum officium peragere?

VI. An Archipresbytero debeatur quarta pro illis defunctis, qui ibidem tumulantur, seu potius eidem obstat exemptio? & quatenus affirmative quoad primam partem.

VII. An Archipresbyter demta prædicta quarta restituere teneatur cadavera Thomæ Fabri, Sebastiani Buttini, & Joannis Mangoni, & emolumenta desuper percepta?

VIII. An Archipresbyter teneatur invitare Patres ad officia, quæ in parochiali peragi solent, seu potius eisdem Patribus quamvis non invitatis liceat antedictis officiis intervenire?

IX. An liceat Patribus invitare populum ad faciendam officia pro animabus Purgatorii in eorum ecclesia?

X. An liceat Patribus Conventualibus ducere processiones extra claustra, præter quam in casibus comprehensis in transactione anni 1703.

XI. An liceat Patribus Conventualibus exponere in eorum ecclesia Ven. Eucharistiæ Sacramentum, & populo benedicere?

Sacr. Congr. Concil. die 16. Martii 1726. respondit: *Ad I. affirmative: ad II. negative, nisi Defunctus, vel hæres aliter ordinaverint: ad III. affirmative, quoad primam partem: & quoad secundam debere Parocho intortitia tantum, quæ ponuntur circa cadavera: ad IV. affirmative, quoad primam partem, negative quoad secundam: ad V. negative: ad VI. servetur constitutio Sanctissimi Domini Nostri à Die editionis ejusdem: ad VII. quoad Thomam & Sebastianum, teneri etiam quoad quartam sed non*

non esse cadavera exhumanda, & quoad Joannem, Parochum non teneri: ad VIII. negative: ad IX. affirmative: ad X. negative, nisi de consensu Parochi, vel de licentia Episcopi: ad XI. affirmative, accedente consensu Ordinarii, & amplius.

FLORENTINA, in qua ad sequent. dub.

96 I. An Presbyteri Missionis possint celebrare, & respective canere missas, ac vespas solemnes in festo Dedicationis S. Michaelis Archangeli in ecclesia ejusdem Sancti nuncupata *delle Romite*, contradicente, seu dissentiente Parocho S. Quirici nuncupato *delle Marignole*, in casu &c.

II. An itidem Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ administrare, & doctrinam christianam docere, contradicente Parocho, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 30. Martii 1726. respondit: *Ad I. affirmative: ad II. affirmative, dummodo doctrina christiana non fiat in hora, in qua fit in parochia.*

CREMONEN. in qua ad sequent. dub.

97 I. An sit standum, vel recedendum à decisio sub die 5. Junii 1723. quoad secundum dubium?

II. An Confraternitas Orationis, & Mortis oppidi Casalis Majoris aggregata Archiconfraternitati Urbis, possit sine licentia Episcopi in suo oratorio exponere Eucharistiam infra annum, & præcipue 40. horarum in octava defunctorum, aliasque functiones peragere juxta assertum Institutum, in casu, &c. & quatenus negative.

III. An sufficiat semel dictam licentiam petere, tam pro expositione infra annum, quam 40. horarum, aliisque functionibus juxta d. ass. Institutum, seu potius illa requiratur toties quoties?

IV. An petita, & non obtenta dicta licentia, habeatur pro concessa, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 13. Aprilis 1726. respondit: *Ad I. in decisio: ad II. negative quoad primam partem, & quoad secundam explicentur functiones: ad III. servetur solitum: ad IV. negative, & amplius in omnibus.*

FULGINATEN. in qua ad seq. dub.

98 An delatio Venerabilis in processione, quæ singulis annis fieri solet die ultima Aprilis, sit faciendâ à Capellano Confraternitatis, vel potius à Parocho, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 18. Maii 1726. respondit: *Delationem esse faciendam à Capellano Confraternitatis de licentia Episcopi.*

MANTUANA, in qua ad seq. dub.

99 An sit locus gratiæ pro aperitione fenestrarum, & constitutione mansuculæ ad effectum, audiendi missam, & assistendi ceteris divinis officiis celebrandis in ecclesia parochiali S. Cathaldi favore D. Comitum Theodosii, & aliorum de Panizzis, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 18. Maii 1726. respondit: *Negative & amplius.*

CALARITANA, in qua ad seq. dub.

100 I. An Vicarius Capitularis recusari possit ex legitima causa? & quatenus affirmative.

II. An competat Capitulo facultas deputandi Arbitros, qui de causis recusationis cognoscant? & quatenus affirmative.

III. An idipsum locum habeat, quando Vicarius procedere debeat cum Adjunctis &c.

Sac. Cong. Conc. die 6. Julii 1726. respondit: *Ad I. affirmat. ad II. affirmat. in casu &c. ad III. affirmat.*

DERTHONEN. in qua ad seq. dub.

101 I. An, & de quibus constet, attentatis, & quomodo sint purganda?

II. An Archipresbyter ecclesiæ collegiatæ oppidi Pontis Curoni fuerit, & sit obligatus subministrare vinum, & hostias Capellanis, aliisque Presbyteris de Clero celebrare volentibus, vel obligatis ad celebrandum

missas in eadem ecclesia, & quatenus negative.

III. An & quomodo prædictus Archipresbyter sit reintegrandus de expensis pro vino, & cera, & hostiis subministratis ab anno 1717. usque ad diem 25. Martii inclusive anni 1722. & in qua summa?

IV. An sint reficiendæ expensæ litis, & in qua summa, in casu &c.

S. C. C. die 6. Julii 1726. respondit: *Ad I. quoad Clerum propter recursum ad Judices laicos Eminentissimus Archiepiscopus procedat prout de jure; quo vero ad Archipresbyterum circumscribenda esse omnia gesta post intimationem Brevis cum omnibus inde secutis: ad II. Archipresbyterum non teneri ad subministranda utensilia, de quibus agitur, illis, qui celebrant in sua ecclesia ex obligatione beneficii, sive capellanæ, exceptis illis, cum quibus habeat conventiones particulares, & quoad missas adventitias teneri ad dictam administrationem, quatenus permittat eos in sua ecclesia celebrare, nec teneri ad has missas adventitias admittendas, nisi solutis utensilibus per Celebrantes: ad III. affirmative juxta resoluta in secundo dubio: ad IV. non esse reficiendas expensas factas occasione litis in hac S. Congregatione, & quoad alias ad Eminentiss. Metropolitanum prout de jure.*

TRIVICANA, seu TRICARICEN. in qua ad seq. d. 102

I. A mobilia, libri, pecuniæ, argentâ, aliaque bona (præter sacra paramenta bon. Mem. Simonis Viglini prius Episcopi Trivicani, & postea Tricaricen.) reperta tempore ejus obitus spectent ad ecclesiam Trivicanam, vel potius ad ecclesiam Tricaricen. in casu &c.

II. An paramenta, & vasa sacra, aliaque argentea, & supellectilia ad usum capellæ, & cultum divinum destinata, reperta ut supra, debeantur ecclesiæ Trivicanæ, vel potius dictæ ecclesiæ Tricaricen. in casu &c.

III. An argentea, mobilia, aliaque bona ab ecclesia Trivicana commodata dic. bon. mem. Episcopo Viglino, tunc Episcopo Trivicano, debeant eidem ecclesiæ Trivicanæ restitui, in casu &c. & quatenus affirmative.

IV. An, & à quo, & ex quibus bonis, illis non extantibus, debeat solvi illorum pretium, in casu &c.

S. C. C. die 6. Julii 1726. respondit: *Ad I. & II. pertinere ad ecclesiam Trivicanam, ad III. affirmative: ad IV. solvenda esse ex hæreditate Episcopi.*

COMPSANA Spolii, in qua ad sequentia dub.

I. An in obitu Parochorum civitatis, & diocesis Compsanæ liceat Archiepiscopo pro tempore ab hæreditate Parochi defuncti exigere prætensum spoliū? & quatenus affirmative. 103

II. In qua summa, vel rebus sit solvendum, in casu &c.

S. C. C. die 6. Julii 1726. respondit: *Ad I. negative, ad II. satis provisum in primo.*

FLORENTINA. In qua ad seq. dub.

I. An adhuc subsistat Matrimonium in Judaismo contractum inter Riccam, & Abraham? & quatenus affirmative. 104

II. An Abraham post suam, & Blanchæ conversionem teneatur ad redeundum cum Ricca, & Blancham reliquendam? & quatenus affirmative.

III. An Ricca cogi possit ad cohabitandum cum Abraham ad Fidem converso? & quatenus affirmative.

IV. An Summ. Pontif. dispensare possit, ut Abraham conversus permaneat in Matrimonio in infidelitate, ut supra, contracto cum Blanca? & quatenus affirmative.

V. An consilium præstandum sit Sanctiss. Domino nostro pro concessione dictæ dispensationis, in casu &c.

S. C. C. die 27. Julii 1726. respondit: *Ad I. II. affirmat in reliquis Dilata & scribant Theologi, Canonistæ, & perquirantur exempla, & ad mentem.*

PLACENTINA, in qua ad seq. dub.

I. An Episcopo Placentino liceat visitare ecclesiam 105

campestris S. Mariæ de Albiano Pontis Nurii? & quatenus affirmative.

II. An liceat Patribus Carmelitis in eadem ecclesia celebrare consuetas festivitates sine licentia, & assistentia Parochi, & in ea sedes confessionales retinere, in casu &c.

III. An celebratio festi S. Firmi & aliarum festivitatum expleta in oratorio S. Mariæ de Albiano post comminatum Interdictum sit attentata, ita ut omnes actus supradicti sint circumscribendi, in casu &c.

S. C. C. die 17. Augusti 1726. respondit: *Ad I.* affirmative, *jure tamen delegato: ad II.* affirmative: *ad III.* negative.

POLICASTREN. in qua ad seq. dub.

106 I. An sustineatur novum assignamentum subrogationis capitalium in locum bonorum stabilium, in casu &c. & quatenus negative.

II. An sit locus novo assignamento, & quatenus affirmative.

III. Super quibus bonis, & quomodo sit faciendum?

S. C. C. die 17. Augusti 1726. respondit: *Ad I.* negative: *ad II.* negative, & esse manutenendam assignationem factam ab Episcopo de Rosa, reservato jure Capellano agendi super bonis hereditariis in casu deficientiæ assignatorum, prout de jure: *ad III.* provisum in præcedentibus, & amplius.

URITANA, in qua ad seq. dub.

107 An Officiales Patentati Commendæ SS. Mauritii, & Lazari sint exempti à jurisdictione Ordinarii, in casu &c.

S. C. C. die 7. Sept. 1726. respondit: *negat.*

DERTONEN. in qua ad seq. dub.

108 An, & in qua parte sit standum, vel recedendum à decisio die 6. Julii 1726.

S. C. C. die 28. Septembris 1726. respondit: *Quoad I.* & *II.* in decisio, & *quoad III.* non esse molestandos, *quoad præteritum illos, qui celebrarunt missas adventitas, quatenus acquiescant resolutioni, & ad IV.* in decisio, *sed teneri pro virili, & amplius.*

URGELLEN. in qua ad seq. dub.

109 I. An erectio Canonicatus in Lectoralem, & ejusdem collatio sustineatur, in casu, & quatenus affirmative.

II. An Canonicus Theologalis concionari possit per alium, & quatenus id facere possit, petita licentia à Capitulo, sufficiat, quod eam petat, vel ulterius necessarium sit, quod obtineat?

III. An constet de recursibus ad Judices Laicos, in casu &c.

IV. Quomodo sit providendum in casu &c.

S. C. C. die 28. Septembris 1726. respondit: *Quoad II.* teneri petere, & obtinere licentiam à Capitulo salvo recurso ad Episcopum. *In reliquis ad Judicem executorem in literis datum.*

BAMBERGEN. Canonicatus, in qua ad seq.

110 I. An, & ad quem spectet jus conferendi Canonicatum collegiatæ ecclesiæ S. Stephani Bambergen. in casu &c. & quatenus spectet ad Eminentissimum Ordinarium?

II. An collatio dicti Canonicatus per ipsum facta favore Joan. Josephi Lobenhoffer sit valida? & quatenus negat.

III. An provisio Apostolica dicti Canonicatus favore ejusdem Joan. Josephi sustineatur, in casu &c.

S. C. C. die 28. Sept. 1726. respondit: *Ad I.* spectare ad Turnarium: *ad II.* satis provisum in primo: *ad III.* negative, & amplius.

PORTUGALLEN. in qua ad seq. dub.

111 I. An Interdictum ecclesiarum per Vicarium Capitularem Portugallen. appositum in ecclesia, seu capella publica patronat Beat. Joannæ sustineatur, in casu &c.

II. An oblationes factæ, & faciendæ Ven. Imagini

d. Beatæ in dicta capella spectent ad Parochum S. Faustini de Regoa, vel potius sint applicandæ usui, commodo, & decori d. Imaginis, dictæque ædiculæ, in casu &c.

III. An ad dictum Parochum, vel potius ad fundatricem capellæ prædictæ, seu personam ecclesiasticam ab ipsa deputandam, & ab Ordinario approbandam spectet administratio dd. oblationum, in casu &c.

IV. An in capella prædicta possint celebrari missæ votivæ tam solemnes, quam privatæ, aliæque ex particulari devotione, etiã per Sacerdotes d. capellam visitantes absque licentia d. Parochi, in casu &c.

V. An Sacerdotes, sive seculares, sive Regulares ad celebrandas missas votivas eligi possint à Patrona fundatrice, & successoribus in patronatum independenter à sæpedito Parocho, in casu &c.

VI. An sit concedendum fundatrici habere, & retinere sepulcrum in dicta capella patronali pro se, & suis successoribus, in casu &c.

VII. An sit concedenda exemptio dictæ capellæ patronalis Portugallen. Sede Episcopali vacante, à Jurisdictione Capituli Portugallen. cum subjectione immediata Sedi Apostolicæ, ejusque Nuncio pro tempore in regno Lusitanæ degenti, in casu &c.

S. C. C. die 11. Januarii 1727. respondit: *Ad I.* negative: *ad II.* negative *quoad primam partem, & affirmative quoad secundam: ad III.* spectare ad Parochum una cum æconomus ecclesiastico ab ipsomet Episcopo deputando, & in casu vacationis episcopatus à Metropolitano: *ad IV.* & *V.* affirmative *quoad privatas tantum: ad VI.* affirmative, *salvis juribus: ad VII.* negative.

VIENNEN. Jurium parochialium, in qua ad seq. d. 112

I. An, & cui competat jus administrandi Sacramenta, & alias jura parochialia exercendi in domo, & intra septa Commendæ S. Ordinis Theutonici, civitatis Viennæ tam quoad familiares Commendatarii, quam quoad subditos, vassallos, & colonos Commendæ?

II. An, & qua pompa Parochus ingredi debeat domum, & septa Commendæ occasione administrandi Sacramenta inquilinis ejusdem domus, in casu &c.

S. C. C. die 8. Febr. 1727. respondit: *Ad I.* competere Capellano Commendæ per Ordinarium approbando jus administrandi Sacramenta familiaribus tantum actu inservientibus intra septa domus Commendæ, & sub obedientia Commendatarii viventibus juxta Bullam Gregorii XIII. & *quoad reliquos negative, & scribatur Nuncio juxta Instructionem: ad II.* ingredi debere cum pompa majori, quæ fieri solet in Urbe Viennæ. & scribatur eidem Nuncio juxta Instructionem.

MANTUANA, in qua ad seq. dub.

Quomodo, & in qua summa liceat Parochis secularibus exigere quartam funeralem ab ecclesiis Regularium, in casu &c.

S. C. C. die 8. Febr. 1727. respondit: *Solvendum esse à Regularibus medietatem, tam cereorum, qui deferuntur per viam, quam aliorum, qui accenduntur in ecclesia circa cadavera, & castrum Doloris; & Altaria.*

AUXIMANA Procurationis, in qua ad seq. dub.

I. An procuratio sit præstanda per tributum ab omnibus Parochis, Beneficiatis, Ecclesiis, Monasteriis, & Confraternitatibus Montis Philoptrani? & quatenus affirmative.

II. An Parochi, qui sustinuerunt totum pondus Procurationis in retroactis visitationibus sint proportionally reintegrandi, & à quo fieri debeat repartitio, & exactio, in casu &c.

S. C. C. die 15. Martii 1727. respondit: *Ad I.* affirmative: *ad II.* affirmative *pro ultimis procurationibus, & amplius.*

TIBURTINA, in qua ad seq. dub.

I. An in electionibus Abbatissarum in monasteriis sub disciplina Regularium Minor. de Observantiâ possit Episcopus secum conducere Cancellarium; & quatenus affirmat.

II. An liceat eidem Cancellario interesse, ac assistere scrutiniis, ac electionibus Abbatissarum, quæ sunt in monasteriis Monialium Ordinis Minorum de observantia Tiburis: & quatenus negative.

III. An saltem dictus Cancellarius, durante scrutinio permanere possit intra ecclesiam, in casu &c.

S. C. C. die 26. Aprilis 1727. respondit: Ad I. affirmative: ad II. negative: ad III. nec Cancellarium, nec Fratres, exceptis Superiore, & Scrutatoribus, permanere posse intra ecclesiam.

ROMANA, in qua ad seq. dub.

116 An, & à quo sint solvenda utensilia pro celebratione missæ quotidianæ, & ad quam rationem, in casu &c. ita ut sit standum, vel recedendum à decisis die 24. Augusti 1720.

S. C. C. die 10. Maii 1727. respondit: Prævio recessu à decisis, utensilia esse solvenda à Capellano ad rationem scutorum quatuor quolibet anno, & ad Eminentissimum Præfectum.

MACERATEN. in qua ad seq. dub.

117 An Episcopus Maceraten. possit jure ordinario visitare confraternitatem sub invocatione S. Mariæ Misericordiæ erectam in ecclesia ejusdem tituli, sita in castro Urbisagliæ, quamvis in solo Basilicæ Lateranensis edificata sit, in casu &c.

S. C. C. die 10. Maii 1727. respondit: affirmative.

MAZARIEN. in qua ad seq. dub.

118 I. An Episcopus habens facultatem dandi benedictionem Apostolicam constitutis in articulo mortis, teneatur quoad Moniales eam committere earum Confessario ordinario, vel potius sit in ejus facultate aliquando ingredi monasterium, ut eis det benedictionem, & quatenus affirmative, quoad secundam partem.

II. An, & quibus sociis comitatus monasterium ingredi debeat.

III. An Episcopus, & Confessarii, sive Ordinarius, sive extraordinarius ingredi possint monasterium absque ulla limitatione, quando vocentur ab aliqua Moniali infirma, quæ pro sua devotione vult confessionem explere?

IV. Quænam sint conditiones requisitæ, ut Regulares habentes facultatem dandi habitum suæ Religionis mulieribus non collegialiter viventibus, dictum habitum dare possint, & an examen dictarum facultatum pertineat ad Episcopum?

S. C. C. die 10. Maii 1727. respondit: Ad I. negative quoad primam partem, & ad secundam affirmative, & ad Dominum Secretarium cum Eminentissimo Secretario Brevium: ad II. debere ingredi in casu, de quo agitur cum Confessario Monialium, & uno probò Sacerdote per eum eligendo: ad III. uniantur decreta: ad IV. examen facultatum concedendi habitum pertinere ad Sedem Apostolicam: Examen conditionum quoad mulieres vestiendas, & licentiam vestiendi pertinere ad Ordinarium; Et conditiones vestiendarum esse expressas in decretis generalibus alias editis, & hæc decreta esse omnino servanda.

VALVEN seu SULMONEN. in qua ad seq. dub.

119 I. An Ecclesia noviter constructa in terra Scanni sub invocatione S. Mariæ Liberatricis sit subjecta jurisdictioni Episcopi Valven. & Sulmonen. & respective Parocho ecclesiæ Matricis ejusdem terræ; itaut liceat Parocho, & Clero ecclesiæ Matricis exercere actus jurisdictionales, & gerere functiones sacras absque dependentia à laicis?

II. An liceat in eadem ecclesia habere sepulcra, & respective possint cadavera tumulari absque licentia, & in præjudicium jurium parochialium?

III. An Patres Conventuales terræ Scanni vocati à Prioribus, & Officialibus laicis ecclesiæ constructæ in dicta terra sub invocatione S. Mariæ Liberatricis ad celebrandum missas, easque canendum in dicta ecclesia, atque alia similia peragendum, possint impediri,

& prohiberi; & quatenus &c. pro quibus actibus, & à quo; in casu &c.

S. C. Concil. die 10. Maii 1727. respondit: Ad I. Ecclesiam esse subjectam Episcopo quoad jura Episcopalia, & Parocho quoad jura parochialia: ceterasque sacras functiones posse in ea fieri à Parocho, & Clero, volente Episcopo absque ulla dependentia à laicis: ad II. licere habere sepulcra, accedente licentia Episcopi, & posse in eis cadavera tumulari, si eligatur sepultura absque licentia Parochi, sed salvis juribus parochialibus: ad III. affirmative & doceatur de legitima erectione Confraternitatis.

FLORENTINA, in qua ad seq. dub.

I. An Archiepiscopus visitans ecclesias, & vicarias subjectas monasterio Cassinensium, possit exigere Procuracionem in casu &c. & quatenus negative.

II. An teneatur Archiepiscopus restituere procuraciones exactas, in casu &c.

S. C. C. die 7. Junii 1727. respondit: Ad I. negative: ad II. esse restituendas pecunias depositas.

NOVARIEN. in qua ad seq. dub.

I. An occasione delationis cadaverum sive parochiæ S. Crucis, sive alienæ ad ecclesiam exteriorem Monialium Capuccinarum Parocho S. Crucis pertineat jus funerum cum cruce, & stola privative ad Confessarium dictarum Monialium, seu potius ipsi Confessario, & an in supposito debeat ipsi Parocho quarta funeris ceræ etiamsi positæ super altare, esto, quod cadaver sit alienæ parochiæ?

II. An possit Parochus in eadem ecclesia, & in suffragium defunctorum inibi tumulorum explere anniversaria cum officio, & missa in cantu, sive ex devotione hæredum, sive ex dispositione testatorum?

III. An liceat ipsi Parocho in Sabbato Sancto benedicere collocutoriis, aut Januæ monasterii, vel hospitio Tertiariorum connexo, tum etiam Tertiariis ipsis administrare Sacramenta, sive in vita, sive in morte, vel eorum exequias peragere pro tumulo intra ipsam ecclesiam?

IV. An valeat Parochus in dicta ecclesia assistere Matrimonis, vel eorum denuntiationes facere, aut benedictiones mulierum post partum, vel similes impertiri, in casu &c.

S. C. C. die 23. Augusti 1727. respondit: Ad I. quoad primam dubii partem affirmative, ad secundam negative, ad tertiam servetur solitum: ad II. affirmative quoad anniversarium relictum à Pedrellio, & quoad alia coadjuventur probationes: ad III. negative quoad primam partem, & ad secundam, ad mentem: ad IV. negative, & amplius in omnibus.

ACERRARUM, in qua ad seq. dub.

I. An Canonici ecclesiæ cathedralis Acerrarum teneantur certiorare Reverendissimum Episcopum de Capitulo per eos explendo circa materias concernentes interesse ejusdem Capituli, & quatenus affirmative.

II. An, & quomodo sit certiorandus.

III. An prædictis Canonice liceat ab eorum diocesi abesse absque licentia Episcopi, & quatenus negative.

IV. An sustineatur edictum Reverendissimi Episcopi, etiam quoad absentiam paucorum dierum, & respective trium mensium à S. Concil. Trident. concessorum?

V. An poena ducatorum 12. imposita per Episcopum adversus Canonicos non intervenientes Congregationi casuum moralium, & sacrorum rituum sustineatur, sive potius sit moderanda?

VI. An Canonici, qui respondere debent casibus moralibus in dicta Congregatione proponendis teneantur pati extractionem, ut dicitur à sorte, sive potius sit servanda consuetudo respondendi?

VII. An, & quanto tempore se expedire debeat Episcopus à sua visitatione?

VIII. An poena ducatorum centum ab Episcopo

imposita contra Canonicos absentes de tempore visitationis absque ejus licentia, sustineatur?

IX. An sustineatur edictum Episcopi præscribens modum accedendi ad chorum ad effectum recitandi horas canonicas, sitque observandum, sive potius sit servanda consuetudo, & idem edictum moderandum?

X. An dicti Canonici ultra missam conventualem teneantur quoque celebrare missam de Feria, & an dictam missam conventualem teneantur applicare pro Benefactoribus, sive potius sit servanda consuetudo?

XI. An dicti Canonici teneantur quolibet mense celebrare anniversarium pro Benefactoribus, sive potius sit servanda consuetudo?

XII. An dicti Canonici ultra horas canonicas teneantur quoque in choro recitare officium defunctorum, B. M. Virginis, & psalmos poenitentiales, & graduales, sive potius sit servanda consuetudo? & quatenus affirmative.

XIII. An in casu deficientiæ sit exequenda poena ab Episcopo imposita?

XIV. An Canonici infirmi pro lucrandis distributionibus quotidianis teneantur servare edictum Episcopi, sive potius sit servanda consuetudo?

XV. An præfati Canonici teneantur inservire eorum ecclesiæ alternative, & per hebdomadam, sive potius quotidie, & quatenus affirmative quoad secundam partem?

XVI. An suspensio imposita per eundem Episcopum in casu absentiae sustineatur, & quatenus affirmative.

XVII. An, & quomodo incurrant eandem poenam suspensionis?

XVIII. An suspensio relaxata per Episcopum contra nonnullos Canonicos sustineatur, in casu &c.

XIX. An sustineatur edictum Episcopi, quo sub poena suspensionis ipso facto præcipitur, quod Canonici non possint frui absentia trium mensium à Sac. Concilio Trid. concessorum tempore Adventus, & Quadragesimæ?

XX. An sustineatur idem edictum Episcopi, quo sub eadem poena præcipitur, ut ultra tertiam partem non possit simul frui dicta absentia trium mensium, & quatenus negative?

XXI. An, & in quo numero liceat eis abesse?

XXII. An sustineatur aliud edictum Episcopi, quo sub eadem poena suspensionis præcipitur, ut Epistola in missa conventuali canatur ab uno ex Canonicis choro inservientibus, sive potius sit servanda consuetudo canendi dictam Epistolam per Clericum inservientem Celebranti?

XXIII. An Procurator Capituli possit abesse à servitio chori ex causa sui officii per quinque menses, juxta præscripta in statutis ipsius ecclesiæ cathedralis?

S. C. C. die 23. Augusti 1727. respondit: *Ad 1. affirmative, si Episcopus fruitur præbenda canonicali: ad 2. esse certiorandum per Canonicum Secretarium, vel alium Canonicum sub poena tamen nullitatis actus in casu contraventionis: ad 3. negative sub poena ducatorum quinque tantum in casu contraventionis, & in subsidium suspensionis: ad 4. provisum in tertio: ad 5. poenam esse reducendam ad solutionem unius ducati pro qualibet vice: ad 6. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam: ad 7. Episcopum curare debere, ut quanto citius se expediat à S. Visitatione ad formam Concilii: ad 8. poenam esse reducendam ad ducata quinque: ad 9. edictum esse observandum in diebus tantum solemnibus: ad 10. affirmative quoad primam, & secundam partem, & negative quoad tertiam: ad 11. servandam esse consuetudinem: ad 12. ut ad proximum: ad 13. negative: ad 14. hortandos esse, sed non cogendos: ad 15. negative ad primam partem, affirmative quoad secundam: ad 16. non sustineri nisi in subsidium: ad 17. satis provisum in præcedenti: ad 18. negative: ad 19. affirmative, deletis verbis, Ipso facto: ad 20. ut ad proximum: ad 21. satis provisum in præcedenti: ad 22. Missam Conventualem esse canendam cum Diacono, & Subdiacono, deleta poena suspensionis:*

ad 23. negative, sed tantum abesse posse pro tempore necessario pro suo Officio explendo.

ALEXANDRINA, in qua ad seq. dub.

I. An confraternitas S. Mariæ Misericordiæ, & S. Rochi civitatis Alexandriæ, aggregata Archiconfraternitati S. Rochi Urbis, possit sine licentia, & interventu Parochi exponere in suo oratorio Lignum S. Crucis?

II. An eadem confraternitas possit pariter sine licentia, & interventu Parochi exponere in suo oratorio Sanctissimam Eucharistiam, in casu &c.

Sac. C. C. die 11. Februarii 1728. respondit: *Ad utrumque affirmative accedente licentia Episcopi, & amplius.*

BONONIEN. in qua ad sequentia dubia.

1. An Parochus pro tempore ecclesiæ S. Mamantis debeat esse Pater Spiritualis confraternitatis Sanctæ Mariæ de Libertate, vel potius, jus eligendi sibi Patrem Spiritualem amovibilem pertineat ad eandem confraternitatem.

2. An Parochus invitari debeat, ut præsideat congregationibus faciendis pro dispensatione dotis relictiæ ab Angelo Michaele de Vabotis, seu &c. & cujuscumque imposterum relinquendæ, nec non in his, quæ concernant temporalia, ac rerum oconomiam?

3. An Parochus invitari debeat, ut præsideat congregationibus faciendis tam in imbussulationibus, & extractione Priorum, & officialium, quam in redditione rationum?

4. An Parochus invitari debeat quibuscumque congregationibus versantibus circa spiritualia, & ritum?

5. An Parochus interesse possit, si velit, in præmissis congregationibus, in quibus decisum erit, invitandum non esse?

6. An confraternitas independenter à Parocho explere possit quascumque functiones in propria ecclesia?

7. An pro solitis exercitiis spiritualibus peragendis à confraternitate à die Dominicæ Ascensionis, ad diem festum S. Michaelis Archangeli Septembris ultra licentiam Ordinarii, requiratur etiam consensus Parochi, in casu &c.

8. An præstanda sit elemosyna Parocho, vel alteri per eum deputando Celebranti missam, tam pro consecratione quam pro consummatione Sanctiss. Sacramenti exponendi in hujusmodi exercitiis, in casu &c.

9. An Parochus dando benedictionem cum Venerabili Eucharistiæ Sacramento, quidquam prætere posse, ut tradatur ecclesiæ parochiali, seu potius id gratias agere debeat?

10. An Parochus, vel interveniens ad canendam missam, vel ad dandam benedictionem, habeat jus sibi eligendi Diaconum, Subdiaconum, ceterosque Ministros?

11. An confraternitas occasione dictorum exercitiorum quæsturare possit per ecclesiam pro animabus Purgatorii, & quatenus affirmative, cui cedere debeant elemosynæ?

12. An missæ cum prædictis elemosynis celebrari debeant in ecclesia confraternitatis, vel potius in ecclesia parochiali.

13. An festis diebus SS. Jacobi, & Annæ, in quibus exponitur in ecclesia confraternitatis Imago S. Mariæ de Libertate, cum Indulgentia Plenaria, Parochus impedire possit, ne ibidem administrentur Sacramenta Poenitentiae, & Eucharistiæ?

14. An confraternitas ultima Dominica Septembris ducere possit processionem cum prædicta Imagine ad plateam magnam civitatis cum assistentia Parochi, vel eo deficiente, proprii Capellani, ac Populo benedicere tam in dicta platea, quam sub stillicidio propriæ ecclesiæ, & intus eandem?

S. C. Concil. die 15. Maii 1738. respondit: *Ad 1. negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam cum approbatione tamen Ordinarii: ad 2. negative: ad 3. affirmative: ad 4. recurrant in casibus particularibus: ad 5. provisum in superiori: ad 6. affirmative dummodo non sint prohibita à decretis gene-*

ralibus synodalibus: ad 7. negative: ad 8. negative, & missas esse celebrandas absque eleemosyna: ad 9. negative ad primam partem, & affirmative quoad secundam: ad 10. negative: ad 11. quoad primam partem affirmative de licentia Ordinarii, & eleemosynas esse erogandas in suffragium animarum Purgantium: ad 12. affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam: ad 13. negative, & serventur constitutiones synodales: ad 14. affirmative, accedente tamen licentia Ordinarii, & comitante Parocho, vel alio Sacerdote de ejus licentia.

FOROSEMPRONIEN. in qua ad seq. dub.

125 An collegio, & ecclesie S. Caroli PP. Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum Forosempronii competat jus tumulandi, in casu &c.

S. C. Concil. die 19. Junii 1728. respondit: affirmative.

THEANEN. in qua ad seq. dub.

126 I. An jus nominandi Concionatorem quadragesimalem ex ordine S. Dominici spectet Universitati Conchæ, seu potius Episcopo Theanen. & quatenus affirmative quoad primam partem.

II. An dicta Universitas teneatur per duos menses ante initium quadragesimæ exhibere Episcopo nominationem d. Prædicatoris, in casu &c.

III. An Prædicator, ut supra nominatus ex Ordine S. Dominici, & à suis Superioribus Regularibus approbatus teneatur reportare ab Episcopo licentiam, & literas patentales, seu potius petere solam benedictionem, in casu &c.

IV. An idem Prædicator teneatur prædicare in ecclesia collegiata parochiali, seu potius in ecclesia SS. Annuntiationis sui Ordinis, in casu &c.

V. An idem Prædicator teneatur saltem in aliquibus diebus quadragesimæ prædicare etiam in aliis ecclesiis ejusdem loci, in casu &c.

VI. An Episcopus Theanen. potuerit prohibere Concionatori, ut supra electo, & nominato ab universitate, ne prædicationem haberet in ecclesia SS. Annuntiationis sui Ordinis, in casu &c.

S. C. Conc. die 19. Junii 1728. respondit: Ad 1. affirmative quoad primam, negative quoad secundam partem: ad 2. & 3. affirmative: ad 4. teneri in utraque juxta solitum: ad 5. ut in quarto: ad 6. provisum in superioribus.

LUCANA, Legati Pii, in qua ad seq. dub.

127 I. An Legatum unius ferculi singulis hebdomadis factum PP. Capuccinis, sit perpetuum, in casu &c. & quatenus affirmative.

II. An sustineatur, in casu &c. & quatenus affirmative.

III. An onus præstationis dicti Legati qualibet hebdomada sit transferendum in Capellaniam erigendam?

S. C. Concil. die 31. Julii 1728. respondit: Ad 1. affirmative: ad 2. servetur Decretum R. Fabricæ anni 1633. ad 3. affirmative juxta votum Episcopi, & firma remanente obligatione bonorum hæreditariorum in casu diminutionis.

128 ORITANA Funerum, in qua ad seq. dub.

I. An intortitia, quæ deferuntur accensa per viam circa Cadaver, spectent ad Reverendissimum Capitulum Collegiatæ, an vero ad PP. Capuccinos?

II. An dicti PP. Capuccini teneantur solvere dicto Rever. Capitulo uti Parocho habituali quartam funeralem de omnibus Cereis ad tenorem Bullæ SS. Domini Nostri, quæ incipit: Romanus Pontifex?

Sac. C. Concil. die 12. Februarii 1729. respondit: Omnia spectare ad PP. Capuccinos, demta quarta, & amplius.

BURGI S. DONNINI, in qua ad seq. dub.

129 I. An pro dote Beneficiorum, vel Capellaniarum cum perpetuo onere missarum erigendarum sint assignandi fructus Terrarum fructiferarum, vel potius annui census?

II. An dato præcepto Testatoris erigendi Beneficia cum perpetuo onere missarum erigendarum, sint assignandi fructus Terrarum, vel cum dote pecuniæ numeratæ detur pro assignanda dicta dote delectio Terrarum, vel quatenus negative.

III. An tanta danda sit ab hærede summa pecuniarum, ut in Terris investita constituentur fructus congrui pro substentatione onerum missæ quotidianæ in perpetuum?

IV. An, & in qua summa constituendi sint fructus pro substentatione oneris missæ quotidianæ in perpetuum?

V. An, & cujus expensis hæredis scilicet, vel Legatarii facienda sit erectio Beneficiorum?

S. C. C. die 30. Aprilis 1729. respondit: Assignanda esse tot Bona stabilia hæreditaria, quæ æstimata juxta morem regionis quotannis redderent in fructu annua Scuta 70. monetæ, tam pro eleemosyna missarum, quam pro expensis necessariis pro illarum celebratione, & erectionem esse faciendam expensis hæredis.

MACERATEN. Utensilium, in qua ad seq. dub.

I. An ad tenorem resolutionis captæ die 14. Aprilis 1685. Sacerdotes Seculares celebrantes recepta eleemosyna in Ecclesia PP. Minorum Conventualium Montis Milonis teneantur solvere ceram, & consumptionem Indumentorum Sacrorum, & quatenus affirmative.

II. An dicti Sacerdotes Seculares scribere teneantur in libro in Sacristia asservato ipsos celebrasse, vel pro eleemosyna, vel pro mera eorum devotione?

Sac. C. Concil. die 14. Maii 1729. respondit: Ad 1. affirmative: ad 2. affirmative, & servetur Constitutio San. Mem. Innocentii XII. super celebratione missarum, & amplius.

CAPUTAQUEN. in qua ad sequentia dubia.

1. An Presbyteri Ecclesiarum Parochialium S. Nicolai, & S. Andreæ Apostoli teneantur quotidie canere Missam, & ad recitationem Divini Officii in Choro? & quatenus affirmative.

2. An non interessentes subjeti possint punctaturæ, & quomodo illa sit regulanda?

3. An teneantur ad recitationem divini Officii cum habitu talari, birreto clericali, & cotta tam in diebus festivis, quam feriatis?

4. An ad celebrationem Missæ matutinæ in diebus festivis teneantur iidem Presbyteri per turnum, vel potius Parochus tantum, illamque applicare pro Populo? & quatenus affirmative ad primam partem.

5. An Presbyter celebrans Missam matutinam teneatur Fidei rudimenta, & Evangelium Populo explanare, vel potius idem Parochus?

6. An iidem Presbyteri participantes de Decimis prædialibus teneantur per turnum assistere cuilibet Moribundo, juxta Decretum Episcopi, vel potius teneantur tantum coadjuvare eundem Parochum, ejusque Substitutum in concursu, seu copia ægrotantium?

7. An illi, qui assistere renunt, sint punctandi super eisdem decimis.

Sac. Congreg. Concil. die 14. Maii 1729. respondit: Ad 1. affirmative, & supplicent pro moderatione servitii: ad 2. Dilata: ad 3. affirmative: ad 4. negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem: ad 5. teneri Parochum: ad 6. Presbyteros hortandos, sed non cogendos nisi in casu necessitatis: ad 7. affirmative in casu necessitatis.

BRUGEN. in qua ad seq. dub.

An toleranda sit consuetudo immemorabilis de præstando Convivio per Capellanum noviter receptum, seu potius improbanda, in casu &c.

Sac. Congreg. Concil. die 3. Septembris 1729. respondit: Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam, & ad mentem.

NULLIUS, seu Montis Casini, distributionis subsidiorum, in quo ad sequentia dubia.

I. An

¹³³ I. An subsidia dotalia præstanda sint consanguineis testatoris recurrentibus privative quoad personas extraneas? & quatenus affirmative.

II. Quomodo, & à quo imposterum sint distribuenda ceteris consanguineis?

III. An sit locus restitutioni subsidiorum dotalium per Ordinarios Casinenses distributorum personis extraneis contra expressam mentem testatoris?

S. C. Concil. die 24. Septembris 1729. respondit: *Ad 1. affirmative comprehensis etiam affinibus ad formam testamenti: ad 2. distribuenda esse ab Officialibus confraternitatis SS. Sacramenti hæredis prævio edicto consanguineis, & affinibus servata gradus prærogativa, & in casu æqualitatis gradus per extractionem, iis vero deficientibus distribuenda modo, quo supra aliis extraneis, servata forma testamenti: ad 3. Dilata, & coadjuventur probationes.*

NUSCANA Funeris, in qua ad sequens dubium.

¹³⁴ An licitum fuerit P. Angelico Ordinis Reformatorum deferre cadaver, non obstante inhibitione Episcopi, & proinde an Censuræ sustineantur, in casu &c.

S. C. C. die 14. Januarii 1730. respondit: *Suspensis censuris P. imposterum se abstineat à similibus.*

NULLIUS, seu MONTIS CASINI, Distributionis subsidiorum dotalium, in qua ad seq. dub.

¹³⁵ I. An, & quomodo sit standum, vel recedendum à decisio quoad secundum dubium?

II. An sit locus restitutioni subsidiorum dotalium per Ordinarios Casinenses distributorum personis extraneis contra expressam mentem Testatoris, in casu &c.

S. C. C. die 28. Januarii 1730. respondit: *Ad 1. in decisio, ut Ordinarius, seu ab eo deputatus assistat, & omnia faciat loco P. Guardiani Capuccinorum, servata forma Testamenti, & fiant gratis: ad 2. ad Eminen-tissimum Præfectum juxta mentem.*

ROMANA Distributionum, in qua ad seq. dub.

¹³⁶ I. An distributiones debeantur Canonico Coadjuto extra Urbem commoranti, suo pariter Coadjutore extra Urbem causa infirmitatis degente?

II. An lucra provenientia ex punctaturis, & absentis Canonorum, quæ præsentibus accrescunt, debeantur Canonicis Coadjutoribus, sive potius Coadjutis, in casu &c.

S. C. C. die 19. Augusti 1730. respondit: *Ad 1. affirmative quatenus uterque habeat Indultum abessendis: ad 2. deberi Canonicis Coadjutis.*

FIRMANA Subsidiorum dotalium, in qua ad seq. dub.

¹³⁷ An, & usque ad quem gradum competat prælatio consanguineis, & affinibus testatoris ad subsidia dotalia de quibus agitur?

S. C. C. die 9. Septembris 1730. respondit: *Competere consanguineis, & affinibus testatoris in quocumque gradu conjunctis.*

MEDIOLANEN. Quartæ funerariæ, in qua ad seq. d.

¹³⁸ I. An, & quomodo sit facienda divisio intortitorum, & candelarum ardentium in die funeris, & officii præsentis cadavere, in altaribus, columnis, & aliis locis ecclesiæ Regularis tumultantis?

2. An, & quomodo sit facienda divisio earundem candelarum, & intortitorum quæ in ecclesiis tumultantibus acceduntur occasione officiorum, seu exequiarum faciendarum in diebus sequentibus post tumultationem cadaveris?

3. An, & quomodo inter Parochos, & Regulares, qui cadaver per viam non comitantur, dividenda sint intortitia manualiter gesta accensa in itinere à Sacerdotibus secularibus occasione delationis cadaveris ad ecclesiam Regularem tumultantem?

4. An, & quomodo dividendæ sint candelæ, quæ manualiter gestantur accensæ à Regularibus intra propriam ecclesiam tempore funeris, vel exequiarum, & officiorum?

5. An, & quomodo sit facienda divisio cenotaphii, culcitæ, & aliorum ornamentorum in eo existentium?

6. An, & quomodo sint dividendæ pecuniæ in casu, quo illæ tradantur ab hæredibus defuncti in locum ceræ?

7. An Regulares occasione funerum, & officiorum teneantur accendere omnes candelas, quas recipiunt ab hæredibus defuncti in altaribus ecclesiæ, in casu &c.

S. C. C. die 9. Septembris 1730. respondit: *Ad 1. 2. 3. 5. & 6. divisionem esse faciendam pro medietate: ad 4. Dilata: ad 7. affirmative.*

CALAGURITANA Juris visitandi, in qua ad seq. dub.

1. An intret arbitrium pro aperitione oris, in casu &c. & quatenus negative.

2. An Capitulo cathedralis ecclesiæ Calagurritanæ, Sede vacante, ejusque Vicario Capitulari competat jus visitandi ecclesiam S. Mariæ della Redonda, ejusque Dignitates, Canonicos, & Presbyteros, in casu &c.

S. C. C. die 30. Septembris 1730. respondit: *Ad 1. negative: ad 2. affirmative, & amplius.*

SPOLETANA Juris visitandi, in qua ad seq. dub.

1. An decreta, seu provisiones Episcopi Spoletani sustineantur, in casu &c.

2. An Episcopo competat jurisdictio visitandi capellam, de qua agitur, in casu &c.

3. An constet de attentatis, & quomodo sint purganda, in casu &c.

S. C. C. die 30. Septembris 1730. respondit: *Ad 1. affirmative: ad 2. affirmative ad formam decreti in Nucerna Paganorum 25. Julii 1629. ad 3. negative, & amplius.*

CAPRITANA, in qua ad seq. dub.

1. An suspensio à celebratione missæ Sacerdotum Francisci Vassalli, & Sabbati de Stephano per Episcopum Capitranum lata ex informata conscientia, sustineatur, in casu &c. & quatenus affirmative &c.

2. An, & quomodo sint absolvendi, in casu &c.

3. An licuerit Curia Metropolitanæ Amalphis concedere inhibitionem vigore appellationis ab eadem suspensione contra Curiam Capritanam Suffraganeam, & absolutionem cum reincidentia committere Parocho Arcuccio, in casu &c.

4. An carceratio eorumdem Sacerdotum demandata per Curiam Capritanam suffraganeam fuerit attentata?

5. An licuerit eidem Curia Metropolitanæ Amalphis eosdem Sacerdotes excarcerare, vel potius illorum excarceratio fuerit attentata, & quomodo sint purganda, in casu &c.

S. C. C. die 16. Decembris 1730. respondit: *Ad 1. affirmative: ad 2. arbitrio Episcopi: ad 3. & 4. negative: ad 5. quoad primam partem negative, quoad secundam affirmative, & Vicarius Generalis Amalphitanus accedat ad Urbem.*

PIENTINA, in qua ad seq. dub.

1. An Canonici collegiæ ecclesiæ S. Quirini teneantur diebus Dominicis, & festis de præcepto ad applicationem missæ Conventualis pro benefactoribus juxta decretum hujus S. Congregationis, in casu &c. & quatenus affirmative.

2. An Dignitates, & Canonici ejusdem collegiæ, quibus incumbit cura animarum teneantur ad eandem applicationem dictis diebus festis, quibus debent applicare pro populo, vel possint applicare simul pro populo, & benefactoribus, in casu &c.

S. C. C. die 17. Februarii 1731. respondit: *Ad 1. affirmative: ad 2. affirmative ad primam partem, & negative ad secundam, & amplius.*

PIENTINA Remissionis onerum, in qua ad seq. dubia.

I. An

143 **1. An Capitulares secundæ erectionis collegiatæ Sanctissimæ Trinitatis terræ Senalongæ teneantur diebus Dominicis, & festis de præcepto ad applicationem missæ conventualis pro benefactoribus juxta decretum hujus Sac. Congregationis, in casu &c.**

2. An Dignitates, & Canonici dictæ collegiatæ, quibus incumbit cura animarum, teneantur ad eandem applicationem dd. diebus festis, quibus debent applicare simul pro populo, & benefactoribus, in casu &c.

Sac. C. C. die 17. Februarii 1731. respondit: *Ad 1. affirmative: ad 2. affirmative ad primam partem, & negative quoad secundam, & amplius.*

RAVENNATEN. Visitationis, in qua ad seq. dub.

144 **I. An capella, & altare S. Antonii sita in ecclesia Minorum de Observantia Ravennæ, subsint visitationi Reverendissimi Archiepiscopi?**

II. An ornamenta, & supellectilia ejusdem altaris, & capellæ, spectantia ad eosdem Patres possint ab eo visitari?

III. An ea spectantia ad Societatem S. Antonii, quæ in actu visitationis servantur in arca, aut in alio loco, visitari debeant in locis, in quibus asservantur; seu potius asportanda sint intra capellam præfatam, ibique visitari?

S. C. C. die 7. Aprilis 1731. respondit: *Ad 1. affirmative, ad formam Nucerinæ; ad 2. negative: ad 3. posse visitari ubicumque servantur.*

PAPIEN. Subsidiæ dotalis, in qua ad seq. dub.

145 **I. An electio puellæ Oratricis ad subsidium dotale, de quo agitur, sit exequenda, & quatenus negative.**

II. An P. Guardianus Capuccinorum Papiæ possit devenire ad novam electionem puellæ alterius; seu potius an dictum subsidium sine alia nominatione ejusdem P. Guardiani sit applicandum favore unius ex puellis orphanis Conservatorii Papiæ, in casu &c.

Sac. Congreg. Concil. die 21. Aprilis 1731. respondit: *Ad 1. negative; ad 2. subsidium applicandum esse favore Conservatorii, & ad mentem.*

MEDIOLANEN. Quartæ funerariæ, in qua ad seq. dub.

146 **I. An sit standum vel recedendum à decisis die 9. Septembris 1730.**

II. An, & quomodo dividendæ sint candelæ, quæ in manibus gestantur accensæ à Regularibus intra propriam ecclesiam tempore funeris, vel exequiarum, & officiorum?

Sac. C. C. die 2. Junii 1731. respondit: *Ad 1. in decisis quoad primum, secundum, & tertium, sextum, & septimum. Quantum ad quintum, in decisis, servata forma constitutionum synodaliæ; ad 2. divisionem esse faciendam pro medietate, & amplius.*

LEODIEN. in qua ad sequens dubium.

147 **An, & quæ alia onera sustineantur, in casu &c.**

S. C. C. die 1. Septembris 1731. respondit: *Quoad duo annua convivua, negative: Quo vero ad cappam, Dilata, & scribatur Ordinario juxta instructionem.*

ROMANA. Oneris missarum, in qua ad seq. dub.

148 **I. An Religiosi ecclesiæ S. Francisci ad Ripam præferri debeant in celebratione missarum; vel potius sit in libero arbitrio hæredis deputare quoscumque alios Sacerdotes?**

II. An, & à quo sint solvenda utensilia?

III. An quatenus possit hæres deputare externos Sacerdotes, & Religiosi non permittant eis celebrationem in propria ecclesia absque Utensilium solutione, concedenda sit translatio celebrationis missæ quotidianæ ad aliam ecclesiam?

Sac. Congreg. Concil. die 12. Januarii 1732. respondit: *Ad 1. affirmative ad primam partem, & negative ad secundam, in casu tamen, de quo agitur: ad 2. solvenda esse ab hæreditate: ad 3. provisum in primo.*

AQUEN. Præminentiarum, & Jurium Parochialium, in qua ad seq. dub.

1. An constet de matricitate, vel majori antiquitate ecclesiæ S. Mariæ Magdalænæ Montis Barutti, & respective de filiatione vel subordinatione ecclesiarum parochialium S. Antonii, & S. Martiani ejusdem loci?

2. An benedictio fontis Baptismalis, ignis, aquæ &c. in Sabbato Sancto, & Sabbato Pentecostes private spectet ad Archipresbyterum pro tempore ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalænæ, vel potius ad unumquemque ex tribus Parochis? Et quatenus affirmative ad primam partem.

3. An alii duo teneantur dictis functionibus interesse, & an, & quibus pœnis sint plectendi si non intersint?

4. An jus indicendi, & convocandi processiones generales, quæ fiunt juxta ritum ecclesiæ, & consuetudinem loci private spectet ad d. Archiepresbyterum S. Mariæ Magdalænæ, & in ea incipiendæ, & terminandæ sint?

5. An dictæ processiones generales fieri debeant in ecclesia S. Mariæ Magdalænæ cum coactivo accessu Parochorum S. Antonii, & S. Martiani, ita ut iis non liceat facere eas in eorum ecclesiis parochialibus; sive potius alternative fieri debeant singulis annis in altera ex dictis ecclesiis, & quatenus affirmative ad secundam partem.

6. An dictis processionibus alternative faciendis interesse debeant alii Parochi?

7. An liceat Parocho S. Antonii in processione deferre, tam intra, quam extra ecclesiam venerabile Lignum S. Crucis die festo ejusdem inventionis?

8. An die festo Sanctiss. Corporis Christi liceat eidem Parocho S. Antonii, ac etiam Parochis S. Mariæ Magdalænæ, ac S. Martiani processionem peragere, tam intra, quam extra suas respective ecclesias cum Augustissimo Sacramento, illudque publicæ adorationi in ea exponere?

9. An, & cui ex dictis ecclesiis private competat prior pulsatio campanarum in Sabbato Sancto.

10. An constet de attentatis commissis à Parocho S. Mariæ Magdalænæ, & quomodo purganda sint?

Sac. Congreg. Concil. die 8. Martii 1732. respondit: *Ad 1. Constare de majoritate ecclesiæ S. Mariæ Magdalænæ: ad 2. affirmative ad primam partem, & negative ad secundam: ad 3. affirmative ad primam partem, & quoad secundam arbitrio Episcopi: ad 4. affirmative: ad 5. affirmative ad primam partem, & negative ad secundam: ad 6. provisum in superioribus: ad 7. affirmative: ad 8. servetur decretum Episcopi: ad 9. Ecclesiæ S. Mariæ Magdalænæ: ad 10. affirmative: & esse purgandam per viam circumscriptionis: & amplius in omnibus.*

BAJONEN. Jurium parochialium, & præminentiarum, in qua ad seq. dub.

1. An constet de parochialitate ecclesiarum Rectoralium Sancti Georgii, & Sancti Bartholomæi & SS. Angeli, & Mercurii terræ Campobassi, & quatenus affirmative.

2. An constet de matricitate ecclesiæ Archipresbyteralis S. Mariæ, & respective filiatione dictarum ecclesiarum Rectoralium.

3. An liceat unicuique Rectori dictarum ecclesiarum S. Georgii, S. Bartholomæi, & SS. Angeli, & Mercurii erigere propriis sumptibus in suis respective ecclesiis particulares fontes Baptismales? & quatenus negative.

4. An, & quomodo providendum sit in defectum fontis Baptismalis ecclesiæ Collegialis S. Leonardi recenter dirutæ.

5. An liceat unicuique ex dictis Rectoribus proprios particulares conficere, & retinere libros baptizatorum, atque ex iis fides Baptismatum respective extrahere; vel potius unicus liber fieri debeat asservandus ab Archipresbytero, dictaque extractio ab ipso solum Archipresbytero private faciendæ sit?

6. An benedictio fontis Baptismalis ecclesiæ Archipresbyteralis fieri possit ab ipso Archipresbytero, ita ut impediri nequeat; vel potius fieri debeat à Rectoribus per turnum private quoad ipsum Archipresbyterum?

7. An idem Archipresbyter possit aliquando, & ad ejus libitum ministrare per se ipsum Sacramentum Baptismi Infantibus de familiis dictarum ecclesiarum Rectoralium vel potius id semper privative spectet ad proprium cujuscumque familiae Rectorem, aut alium ab eo substituendum?

8. An exteri uxorem ducentes de Familiis ecclesiarum Rectoralium possint eligere ecclesiam Rectoralem familiae uxoris pro futura administratione Sacramentorum in exclusionem ecclesiae Archipresbyteralis?

9. An advenae famulatum praestantes oppidanis de familiis ecclesiarum Rectoralium censi debeant de iisdem familiis, ita ut subjaceant pro administratione Sacramentorum ecclesiae Rectorali familiae, cui inseriunt, privative quoad Archipresbyterum?

10. An in processionibus funeralibus pro defunctis de familia alicujus ecclesiae Rectoralis praecedentia, & usus stolae respective debeatur Rectori personae defunctae, aut illius substituto; privative etiam quoad Archipresbyterum, vel potius praecedentia & usus stolae competat Archipresbytero, privative etiam quoad Rectorem d. personae defunctae?

11. An in iisdem processionibus funeralibus pro defunctis de familiis ecclesiarum Rectoralium, quae fiunt capitulariter cum toto collegio, liceat Archipresbytero exigere duplicatam portionem ex emolumentis associationis?

12. An in associatione pauperum defunctorum, qui suberant ecclesiae Archipresbyterali, vel Rectoralibus, quae fiant gratis intervenire debeat totum corpus collegii, seu capituli, vel potius solus Rector, vel respective Archipresbyter ecclesiae, cui defunctus subjectus erat?

13. An ex fructibus, qui distribuuntur in collegio S. Leonardi, & ex eleemosynis misarum, quas collegium seu capitulum accepit à Gubernatoribus confraternitatis Sanctiss. Sacramenti, debeatur Archipresbytero portio duplex, vel sola portio aequalis, ac aliis de collegio?

14. An in aliis processionibus non funeralibus, ad quas accedit totum corpus capituli, seu collegii, usus stolae privative competat soli Archipresbytero, vel potius cumulative etiam Rectoribus?

15. An, & qui teneantur assistere in officio Diaconi, & Subdiaconi Archipresbytero celebranti in processionibus, & missis solemnibus Pentecostes, Ascensionis, & Corporis Christi; & quatenus teneantur Rectores.

16. An iis diebus eadem assistentia praestanda sit etiam Oeconomus Archipresbyteri impediti celebranti?

17. An in processionibus Feriae secundae, tertiae, & quartae Rogationum, & in processione votiva, quae fit prima die Maii, possit Archipresbyter ad suum libitum functiones explere per se ipsum cum pluviali; vel potius id privative spectet ad Rectores juxta Regulas Capitulationum anni 1715.

18. An, à quibus, & quibus diebus facienda sit benedictio crucium distribuendarum juxta solitum per portas oppidi, & ad pii populi devotionem.

19. An pulsatio campanarum, quae diebus festis pro missa solemniter fieri solet ab ecclesia Rectorali S. Georgii, ante alias Rectorales, & Archipresbyteralem, pendere debeat ab arbitrio Archipresbyteri, vel potius privative à solo arbitrio Rectoris, & quatenus negative ad primam partem.

20. An dictis diebus festis pro missa solemniter liceat ecclesiae Archipresbyterali pulsare suas campanas, antequam pulsentur campanae dictae Rectoralis S. Georgii.

21. An Procurator collegii, ad quem spectat demandare primam pulsationem campanarum ecclesiae Rectoralis S. Georgii, in omnibus processionibus funeralibus totius oppidi demandare debeat dictam pulsationem sine licentia Archipresbyteri; vel potius de ejus licentia, in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 24. Maii 1732. respondit: Ad 1. affirmative: ad 2. constare de majoritate, non autem de matricitate: ad 3. nihil innovandum: ad 4. repouendum esse in ecclesia S. Leonardi, quatenus fuerit reaedificata, alias provideat Episcopus pro suo arbitrio: ad 5. servetur solitum: ad 6. Benedictionem faciendam esse per

turnum juxta statuta anni 1715. ad 7. negative, ad primam partem, & affirmative ad secundam: ad 8. affirmative: ad 9. affirmative: ad 10. affirmative ad primam partem, & negative ad secundam: ad 11. affirmative, absque tamen participatione obventionum Stolae: ad 12. posse, sed non teneri: ad 13. affirmative ad primam partem, negative ad secundam, exceptis eleemosynis missarum: ad 14. negative ad primam partem, & affirmative ad secundam: ad 15. serventur Statuta anni 1715. ad 16. Archipresbytero impedito, celebrare debere, non Oeconomum, sed Canonicum antiquiorem cum assistentia aliorum Canonorum: ad 17. & 18. serventur Statuta anni 1715. ad 19. pulsationem campanarum libere fieri posse ab omnibus ecclesiis, excepto Sabbato Sancto, quo die spectat prima pulsatio ad ecclesiam Archipresbyteralem: ad 20. provisum in superiori: ad 21. servetur solitum, & amplius in omnibus.

FABRIANEN. fontis Baptismalis, & Juris Baptizandi, in qua ad seq. dub.

I. An erectio fontis Baptismalis, facta in ecclesia parochiali S. Blasii sustineatur?

II. An liceat Parocho ecclesiae cathedralis S. Venantii in ea baptizare natos in alienis parochiis, etiam fontem Baptistalem habentibus; seu potius spectet privative ad unumquemque Parochum habentem fontem in sua ecclesia, baptismum conferre propriis Parochianis, in casu &c.?

Sac. C. Conc. die 21. Junii 1732. respondit: Ad I. negative: ad II. servetur solitum: & amplius in omnibus.

PERUSINA. Ordinationis, in qua ad seq. dub.

I. An Fr. Antonius Nicolaus Ligi valide susceperit Ordinem Ostiariatus?

II. An Ordinatio sit iteranda sub conditione?

III. An, & in quam poenam d. Fr. Antonius Nicolaus inciderit, ita ut indigeat absolutione, vel dispensatione? & quatenus affirmative.

IV. An sit concedenda, in casu &c.

Sac. C. Conc. die 19. Julii 1732. respondit: ad I. affirmative: ad II. negative: ad III. pro absolutione, & dispensatione ad Cautelam: ad IV. provisum in superiori.

LARINEN. Decretorum sydonalium, in qua ad seq. d.

1. An juxta decretum synodi celebratae ab Episcopo Larinen. anno 1728. indiscriminatim omnes Ecclesiastici teneantur interesse Congregationi de quaestionibus ad forum conscientiae spectantibus? & quatenus affirmat.

2. An contra eos, qui non intersint, sustineantur poenae in eodem decreto synodali, idest quod Sacerdotes debeant abstinere die sequenti à celebratione missae, & quod Clerici non Sacerdotes debeant solvere unum carolenum qualibet vice applicandum Seminario?

3. An juxta decretum ejusdem synodi prohiberi possit cuicumque ecclesiastico, etiam in minoribus constituto discessus à dioecesi absque licentia Episcopi, sub poena ducatorum sex?

4. An juxta decretum ejusdem synodi Portionariis, seu participantibus prohiberi possit discessus à dioecesi, inconsulta curia episcopali, sub poena ducatorum 12. & quatenus affirmative.

5. An in casu contumaciae post sex menses intelligantur ipsi Participantes, seu Portionarii privati ipso facto ecclesiastica portione, alteri conferenda per concursum ab Episcopo?

6. An juxta decretum ejusdem synodi contra Portionarios, seu Participantes, qui sine legitima causa recusent acceptare officium, ad quod fuerint assumpti, sustineatur multa decem carolenorum pro qualibet die contumaciae, applicata ad commodum Capituli?

7. An juxta decretum ejusdem synodi Episcopus pro directione chori ecclesiarum matricium habeat facultatem erigendi officium Cantoratus? & quatenus affirmative.

8. An collatio dicti officii Cantoratus, quoties vacet, fieri debeat in unum de Portionariis, qui sit magis peritus cantus Gregoriani, arbitrio Episcopi?

9. An juxta decretum ejusdem synodi Portionarii ecclesiarum matricium, participantes missam communem,

teneantur adjuvare Parochos in cura animarum? & quatenus affirmative.

10. An prædicti Portionarii teneantur hoc munus coadjutoris obire absque alio emolumento.

11. An admissio Presbyterorum ad portionem sit facienda jure solum antiquioritatis, an vero potius juxta decretum synodi sit facienda per concursum prævio examine, & cum probatione de peritia cantus Gregoriani, servitio ecclesiæ præstito per triennium, & continuo accessu per triennium ad collationes de *questionibus moralibus*?

12. An substineatur pœna, ipso facto incurrenda, hoc est suspensionis à celebratione missæ quoad Sacerdotes, & excommunicationis quoad Clericos, & constitutos in Sacris, sub qua demandata fuit emtio codicis constitutionum synodalium, soluto pretio carolenorum quinque? & quatenus negative.

13. An sit restituenda pecunia cuicumque Ecclesiastico, qui metu dictarum pœnarum eam solvit?

14. An in curia episcopali Larinen. servanda sit taxa Metropolitanæ Curia Beneventanæ, vel potius taxa Innocentiana, in casu &c.

Sacr. Cong. Concil. die 30. Augusti 1732. respondit: *Ad 1. affirmative, præterquam quoad Clericos non constitutos in Sacris qui non sunt cogendi: ad 2. sublata pœna suspensionis, pœnam quoad habentes curam animarum, & Confessarios esse statuendam in duobus carolenis, quantum ad reliquos in uno: ad 3. affirmative: ad 4. pœnam esse reducendam ad ducatos sex: ad 5. affirmative, citato tamen possessore in actu declarationis; & quoad collationem habebitur ratio in decimum: primum ad 6. affirmative: ad 7. affirmative, quoad institutionem simplicis officii: ad 8. deputationem faciendam esse prævio concursu super peritia cantus Gregoriani: ad 9. affirmative cum approbatione, & juxta assignationem Episcopi: ad 10. affirmative: ad 11. negative ad primam partem, & affirmative ad secundam: ad 12. negative: ad 13. ad mentem: ad 14. audiatur Eminentissimus Archiepiscopus Beneventanus, & interim servetur taxa Innocentiana, & amplius in omnibus.*

SALERNITANA. *Edictorum* in qua ad seq. dub.

154 1. An Dignitates, & Canonici ecclesiæ cathedralis cogi valeant sub pœna quinque carolenorum pro qualibet vice, ut intersint Congregationibus de casibus conscientia habendis?

2. An Dignitates, & Canonici prædicti cogi possint ad incedendum in habitu talari usque ad occasum solis, excepta tamen occasione eundi ad loca ruralia; & quatenus affirmative.

3. An adversus Dignitates, & Canonicos prædictos, in casu inobedientia sit procedendum etiam per inquisitionem?

4. An prohibitio facta de non incedendo noctis tempore sine lumine sustineatur?

5. An dictæ Dignitates, & Canonici debeant quibuslibet diebus exire è sacristia bini bini, quando accedunt ad chorum?

6. An pœna indicta Dignitatibus & Canonicis accedentibus ad chorum post Invitorium sustineatur; seu potius aliqua alia pœna sint mulctandi, si tardius accedant?

7. An Præcentor, & Primicerius sint cogendi, ut accedant ad chorum per mediam horam ante inchoationem divini officii sub pœna unius tarenis?

8. An Archiepiscopo solemniter celebrante, omnes Dignitates & Canonici esse debeant per mediam horam ante ejus accessum ad ecclesiam dispositi, & parati in Sacristia?

9. An pœna tarenorum trium adversus Dignitates, & Canonicos celebrantes missas lectas tempore missæ solemnibus, sustineatur; seu potius liceat eisdem Dignitatibus, & canonicis missas prædictas eo tempore celebrare?

10. An pœna trium carolenorum pro quolibet die, præter ordinariam punctaturam, sustineatur adversus Dignitates, & Canonicos sine legitimo impedimento absentes à choro in solemnioribus festis ac quoties Archi-

episcopus solemniter interfuerit officiis, nec non Dominicis Adventus, & tota Quadragesima?

11. An prohibitio exeundi à choro, nisi terminato divino officio, præterquam ex causa urgenti cum venia Præfecti chori, sub pœna duplicis, aut triplicis punctaturæ pro modo culpæ sustineatur?

12. An præsentia in choro spectet privative ad Primicerium, seu potius cumulative ad Præcentorem unam cum Primicerio?

13. An omnes horæ canonicæ sint persolvendæ cum cantu?

14. An singulis diebus celebranda sit missa conventualis cum omnibus solemnitatibus?

15. An celebratio missarum explenda sit juxta formam præscriptam in edicto die 27. Februar. 1732. cap. 13. & 14. vel potius juxta assertum morem ecclesiæ?

16. An electio Punctatoris facta per Archiepiscopum præter alium à Capitulo electum sustineatur?

Sacr. Cong. Conc. die 27. Septembris 1732. respondit: *Ad 1. affirmative: ad 2. affirmative: ad 3. ad mentem: ad 4. affirmative post secundam horam noctis: ad 5. affirmative, in omnibus diebus festis tantum: ad 6. affirmative quoad punctaturam tantum: ad 7. cogendos esse, ut accedant antequam inchoetur chorus: ad 8. dispositos, & paratos esse debere ante accessum Archiepiscopi: ad 9. dentur decreta in Oriolen. & Ortonen. ad 10. affirmative, subrogata tamen pœna in duplici punctatura: ad 11. affirmative, sub pœna unius punctaturæ: ad 12. dilata: & audiatur Primicerius, & Præcentor. atque interim servetur solitum: ad 13. affirmative, ad formam S. Concilii, ad 14. affirmative: ad 15. dilata, & ad mentem: ad 16. affirmative, & scribatur Archiepiscopo, ut omnes punctaturas reddat uniformes dispositioni S. Concilii Tridentini.*

FABRIANEN. *Fontis baptismalis, & juris baptizandi*, in qua ad sequens dub.

An sit standum, vel recedendum à decisis die 21. Junii proxime præteriti, in casu &c. 155

Sacr. Cong. Conc. die 12. Novembris 1732. respondit: *Recedendum à decisis.*

ROMANA, *capellania*, in qua ad sequens dub.

An electio Capellani facta per Patres S. Mariæ in Porticu in personam P. Puccetti sustineatur, vel potius teneantur eligere alium Sacerdotem Secularem, in casu &c. 156

Sacr. C. C. die 6. Decembris 1732. respondit: *Negative ad primam partem; & affirm. ad secundam.*

SENOGALLIEN. *Missarum*, in qua ad seq. dub.

I. An Rector capellaniae, fundatae ex dispositione Petri Francisci Malpici, teneatur applicare sacrificium pro ejus anima, vel potius tantummodo celebrare in ecclesia dicti monasterii? 157

II. An sit locus reductioni earundem missarum, vel potius supplemento, in qua quantitate, & quomodo?

III. An monasterium possit, aut debeat assignare Rectori census, aut pecuniam pro fundo dotali d. capellaniae, & quomodo, in casu &c.

Sacr. Cong. Conc. die 20. Decembris 1732. respondit: *Ad 1. Affirmative ad primam partem, & negative ad secundam: ad 2. Esse locum reductioni ad rationem manualis; & Capellanus, diebus præsertim festis omnibus, celebret in ecclesia Monialium: ad 3. posse, & reinvestmentum pecuniæ fiat cum scientia, & approbatione Episcopi, & amplius in omnibus.*

CAVEN. *Funerum*, in qua ad sequens dub.

1. An jus tumulandi cadavera decedentium repentina, aut violenta morte intra districtum parochiarum civitatis Cavæ spectet ad proprios Parochos, vel potius ad Capitulum ecclesiæ cathedralis, & quatenus ad Capitulum. 158

2. An eorum tumulatio spectet etiam ad Capitulum, si ante obitum illi receperint sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, vel Extremæ Unctionis à proprio Parocho?

3. An tumulatio oriundorum Cavensium, ac exte-

rorum, qui incolatum per decennium non fecerint, nec bona possideant in eadem civitate, nec non aliorum per transitum decedentium intra districtum alicujus Parochiæ spectet ad proprium Parochum, vel potius ad Capitulum, & quatenus affirmative.

4. An præfatis exteris, & oriundis licitum sit eligere sepulturam extra ecclesiam cathedralem absque Capituli consensu, & quatenus affirmative?

5. An solvendum sit Capitulo, & Mensæ Episcopali jus funeris, & in qua summa?

6. An licuerit Josepho Catone Parocho S. Michaelis Archangeli tumulare cadaver Xaverii Gasaburii in sua ecclesia parochiali, ita ut sit standum, vel recedendum à decisis die 13. Aug. 1729.

7. An, & ad quid prædictus Parochus teneatur in commodum Capituli, & Mensæ Episcopalis in casu &c.

S. C. C. die 7. Februarii 1733. respondit: *Ad 1. quoad Viatores, Peregrinos, & Advenas tantum spectare ad Capitulum: ad 2. & 3. provisum in primo: ad 4. affirmative: ad 5. negative: ad 6. in decisis: ad 7. negative, & amplius in omnibus.*

ASCULANA, sive MONTIS ALTI, Ordinationis, in qua ad seq. dub.

159 I. An Sacerdos Petrus Xaverius de Antoninis licite susceperit Ordines sine Dimissoriis Episcopi Montis Alti, & quatenus affirmative.

II. An licite eosdem Ordines susceperit etiam sine literis Testimonialibus prædicti Episcopi, in casu &c.

S. C. C. die 7. Februarii 1733. respondit: *Ad 1. affirmative, & amplius: ad 2. negative, & in casu, de quo agitur, & quoad suspensionem arbitrio Episcopi Montis Alti, juxta mentem, & amplius.*

ROMANA, Reductionis oneris missarum, in qua ad seq. dub.

160 An PP. Minoribus Conventualibus suffragetur Indultum pro reducendis oneribus perpetuis missarum, etiam quando pro illis relictæ fuerunt annuæ præstationes, quæ tamen non attingant annuam summam scutorum 60. monetæ Romanæ pro qualibet missa quotidie celebranda, in casu &c.

S. C. C. die 28. Februarii 1733. respondit: *negative, & amplius.*

ORDINIS MINIMORUM, Quartæ funeralis, in qua ad seq. dub.

161 I. An exemptio PP. Minimorum à præstatione quartæ funeralis sit revocata per constitutionem S. M. Benedicti XIII. & quatenus affirmative.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro nova ejusdem exemptionis confirmatione?

S. C. C. die 14. Martii 1733. respondit: *Ad 1. negative quoad diocesim Consentinam: ad 2. provisum in primo.*

162 FABRIEN. Fontis baptismalis, & juris baptizandi, in qua ad sequent. dub.

I. An quoad primum dubium sit standum in primo, vel secundo loco decisis?

II. An ad secundum dubium sit standum vel recedendum à decisis die 21. Junii 1723.

S. C. C. die 2. Maii 1733. respondit: *Ad I. Standum esse in secundo loco decisis, & amplius: ad II. præfigatur ab Episcopo terminus aliis ecclesiis parochialibus ad deducendum jura sua in S. C.*

PIENTINA, SEU ILCINEN. Ordinationis, in qua ad seq. dub.

163 I. An Clericus Laurentius Medicheschius fuerit licite ordinatus ad titulum beneficii, de quo agitur?

II. An prædictus Laurentius licite fuerit ad sacros ordines promotus ab Episc. Ilcinen. in cujus diocesi beneficium illud existit, sine literis dimiss. Episc. Pientini?

III. An literæ testimoniales, quas idem Laurentius impetravit ab Episcopo Pientino, fuerint sufficientes ad licitam ordinationem?

IV. An, & qui ordines contulit, & qui eos suscepit inciderit, in pœnas statutas à S. Concilio Tridentino, & à Bulla Speculatores, in casu &c.

S. C. C. die 18. Julii 1733. respondit: *Ad I. & II. affirmative: ad III. affirmative in casu, de quo agitur; ad IV. negative.*

LEODIEN. in qua ad seq. dub.

I. An quoad duo annua convivium sit standum, vel recedendum à decisis die 1. Sept. 1731.

II. An, & quæ alia onera sustineantur, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 18. Julii 1733. respondit: *Ad I. esse permittenda, sed Decanum non esse cogendum; ad II. Dilata, & coadjuventur probationes super consuetudine quoad cappam.*

ASCULANA, Furium, & functionum parochialium, in qua ad seq. dub.

II. An liceat Parocho ecclesiæ S. Laurentii terræ Accumuli exercere omnia, & quæcumque jura parochialia in publico oratorio Beatiss. Annunciationis villæ Tini, sito intra limites d. parochiæ, private quoad Cappellanum, seu Rectorem beneficii erecti in dicto oratorio?

II. An Rectori dicti beneficii liceat celebrare festum Beatiss. Annunciatæ, eademque die canere missam solemnem, sedes confessionales erigere, nec non sacramentum Pœnitentiæ administrare, seu administrari facere, & Indulgentias publicare, absque licentia, interventu, & consensu dicti Parochi?

III. An eidem Rectori competat, seu debeatur, ulla portio, tam ceræ, quam aliorum emolumentorum occasione funeris subditorum dictæ parochiæ, quos tumulari contingat in dicto oratorio, quacumque consuetudine non obstante?

IV. An eidem Rectori debeantur oblationes, seu elemosynæ colligi solitæ in dicta villa Tini, seu in oratorio prædicto, & an valeat in illorum administratione se ingerere absque licentia, & consensu dicti Parochi?

V. An idem Rector teneatur permittere, ut Parochus doceat in dicto oratorio doctrinam christianam, vel possit hoc impedire?

VI. An constet de attentatis, & quomodo sint purganda, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 29. Augusti 1733. respondit: *Ad I. affirmative: ad II. affirmative quoad celebrationem festi, & missam solemnem eadem die; in reliquis vero negative: ad 3. quartam funeralem dumtaxat competere Parocho, reliqua vero emolumenta funeris spectare ad ecclesiam Sanctissimæ Annunciatæ tumulantem quoad eos defunctos, qui vel ibi elegerint sepulturam; vel ibi sint tumulandi in sepulcro majorum: ad IV. affirmative quoad oblationes, & elemosynas in oratorio, ita tamen, ut ratio reddatur Episcopo, & dictæ elemosynæ, vel oblationes convertantur in usum, & cultum ipsius ecclesiæ cum approbatione ejusdem Episcopi: ad 5. arbitrio Ordinarii: ad VI. arbitrio Eminentissimi Præfecti, amplius, & scribatur Episcopo juxta mentem.*

TROJANA, Funerum in qua ad sequent. dub.

An Capitulum ecclesiæ cathedralis possit exigere carolenos decem pro delatione culcitæ, seu panni occasione tumulationis confratrum defunctorum, quatenus eadem culcitæ, seu pannus adhibeatur?

Sacr. Congr. Concil. die 29. Augusti 1733. respondit: *negative & amplius.*

PHARAONEN. Jurisdictionis in qua ad seq. dub.

I. An Eminentissimus Episcopus interesse possit, tam per se, quam per alium, electionibus Abbatissarum, vel Priorissarum monasteriorum Monialium Regularibus Ordinis Cisterciensis subjectarum.

II. An liceat eidem petere rationes administrationis bonorum ipsorum monasteriorum.

III. An idem Eminentissimus Ordinarius possit inhibere Regularibus, ne sine prævia ejus approbatione excipiant confessiones Monialium etiam subjectarum regimini ipsorum Regularium, non obstante asserto Brevi Urbani VIII. atque prætensa consuetudine, in casu &c.

Sacr. Cong. Conc. die 14. Novembris 1733. respondit: *affirmative in omnibus.*

GUARDIEN. in qua ad sequens dub.

168 I. An Episcopus Guardian. possit exigere subsidium charitativum ab ecclesia Sancti Joannis oppidi Aquævivæ.

II. An idem Episcopus possit exigere cathedraticum seu synodaticum à d. ecclesia, ejusque Parocho?

III. An idem Episcopus in actu visitationis faciendæ possit exigere Procuracionem?

IV. An d. Episcopus in eadem visitatione possit recognoscere libros administrationis bonorum ejusdem ecclesiæ, ejusque rationem petere, in casu &c.

Sacr. Cong. Conc. die 14. Novembris 1733. respondit: Ad I. II. & III. negative; ad IV. affirmative jure delegato.

FABRIANEN. Fontis baptismalis, in qua ad seq. dub.

169 An ad secundum dubium sit standum, vel recedendum à decisis die 21. Junii 1732.

S. C. C. die 14. Novembris 1733. respondit: Prævio recessu à decisis negative ad primam partem, & affirmative ad secundam.

PAPIEN. Oneris missarum, in qua ad sequentia dubia.

170 I. An missa quotidiana fundata à Balthassare de Magistris in altari SS. trium Regum erecto in ecclesia S. Crucis PP. Reformatorum S. Francisci private celebranda sit à dictis Patribus, sive potius celebrari possit à Capellano ab hæredibus deputando? & quatenus negative ad primam, & affirmative ad secundam partem.

II. An dd. PP. teneantur præstare patientiam pro celebratione dictæ missæ, soluta ejusdem subventionem pro utensilibus, sive potius sit locus translationi d. missæ ad aliam ecclesiam arbitrio hæredis, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 12. Decembris 1733. respondit: Ad I. negative ad primam partem, & affirmative ad secundam: ad II. negative ad primam partem; quo vero ad secundam affirmative ad aliam ecclesiam designandam ab Episcopo.

BRIXIEN. in qua ad seq. dub.

171 I. An liceat Abbati monasterii Stambensis Ordinis Cisterciensis dispensare super ætate cum Religiosis sui monasterii sibi subditis pro suscipiendis Sacris Ordinibus? & quatenus affirmative;

II. An Monachi ejusdem monasterii ad Ordines promovendi, præter literas obedientiales, teneantur exhibere Ordinario Brixinensi fidem sui baptismatis ad docendum de legitima ætate?

III. An liceat d. Abbati dimittere suos Monachos ad alium Episcopum pro suscipiendis Ordinibus sine literis dimissoriis dicti Ordinarii? & quatenus negative.

IV. An Monachi sic ordinati cum dispensatione Abbatibus in ætate, vel ab alio Episcopo cum solis literis obedientialibus, & sine dimissoriis Episcopi Brixinen. sint licite ordinati? & quatenus negative.

V. An, & in quas pœnas tam d. Abbas, quam ipsi Monachi taliter ordinati inciderit?

VI. An liceat d. Abbati Tonsuram, & minores Ordines conferre, non solum Monachis sibi subditis, sed etiam aliis Regularibus sibi non subditis?

VII. An liceat eidem Abbati Tonsuram, & Minores Ordines conferre secularibus aliarum diocesium cum dimissoriis sui Ordinarii, & sine licentia Episcopi Brixinensis? & quatenus negative?

VIII. An taliter ordinati valide susceperint Ordines?

IX. An liceat dicto Abbati non solum sacram supellectilem benedicere, in qua Sacra Unctio non adhibetur, sed etiam altaria consecrare, & alia vasa sacra, in quibus adhibetur sacram chrisma, idque non tantum ad usum ecclesiæ proprii monasterii, sed etiam ad usum aliarum ecclesiarum, in casu &c.

Sacr. Cong. Conc. die 12. Decembris 1733. respondit; Ad I. negative: ad II. negative, dummodo in literis Obedientialibus exprimat ætas: ad III. servetur decretum Clementis VIII. anni 1596. ad IV. negative: ad V. in pœnas canonicas: ad 6. negative quoad non Subditos. ad VII. negative: ad VIII. affirmative: ad IX. ad Sacram Congregationem Rituum, & amplius in omnibus.

CREMONEN. Quartæ funerariæ, in qua ad seq. dub.

An Parochis civitatis Cremonen. præter emolumenta in associatione, & susceptione cadaveris, debeatur quarta, etiam de Intortitiis, & candelis, quæ circa cadaver, & in altaribus accenduntur die funeris, & in aliis subsequentibus officiis, quando cadavera tumulantur in ecclesiis Regularium, in casu &c.

S. C. C. die 9. Januarii 1734. respondit: Præfigatur ab Episcopo terminus duorum mensium Parochis ad declarandum, an velint stare taxæ, & consuetudini, vel potius facta collatione, consequi quartam partem quorumcumque emolumentorum Funeris.

CIVITATIS CASTELLANÆ, Procuracionis, in qua ad dub.

173 I. An omnes Beneficiati, Confraternitates, & Loca Pia Gallesii teneantur ad procuracionem solvendam Episcopo visitandi juxta repartitionem ab eo approbatam? & quatenus affirmative.

II. An obstet contraria consuetudo, in casu &c.

Sac. C. C. die 9. Januarii 1734. respondit: Ad I. affirmative: ad II. negative, & amplius.

SYPONTINA, Servitii ecclesiæ, in qua ad seq. dub.

An decretum Capituli concedens Dignitatibus, & Canonis vacationem per tres menses cum conditionibus in eo præscriptis sustineatur, in casu &c.

Sacr. C. C. die 6. Februarii 1734. respondit: Negative; & amplius.

FABRIANEN. Fontis baptismalis, in qua ad seq. dub.

An sit standum in decisis die 21. Junii 1732. vel potius in decisis die 14. Novembris 1733. in casu &c.

S. C. C. die 20. Martii 1734. respondit: In secundo loco decisis, & amplius.

ASCULANA, Cathedratici, in qua ad seq. dub.

176 I. An sint detrahenda, onus missarum, ceteraque onera à Beneficiis in solutione cathedratici, in casu &c.

II. An ab ecclesiis habentibus redditus per confraternitates administratos debeatur cathedraticum, in casu &c.

III. An cathedraticum sit solvendum ab ecclesiis confraternitatum laicalium non habentibus beneficia ecclesiastica, in casu &c.

IV. An debeatur cathedraticum ab ecclesia S. Petri in Castello, in casu &c.

S. C. C. die 12. Maii 1734. respondit: Ad I. negative; ad II. III. & IV. affirmative.

TUSCULANA, Funerum, in qua ad seq. dub.

177 I. An PP. Reformati, in quorum ecclesia defunctus elegerit sepulturam, possint ducere funus, & cadaver asportare sine consensu, & præsentia, vel Archipresbyteri, vel Canonici Coadjutoris actualem curam exercentium, eorumque interventu? & quatenus negative.

II. An postquam dd. Patres per aliquod temporis spatium expectaverint Archipresbyterum, vel illius Coadjutorem, possint absque iisdem asportare cadaver ad eorum ecclesiam?

III. An in associatione cadaverum ad ecclesiam Patrum Reformatorum sint ab hæredibus defuncti, præter Archipresbyterum, sive ejus Coadjutorem, invitandi tot Sacerdotes Seculares, quot Religiosi?

IV. An Parochus possit ratione itineris faciendi extra mœnia civitatis ad ecclesiam dd. Patrum exigere ultra quartam, duplum illius elemosynæ, quæ daretur, si cadaver esset sepeliendum intra civitatem, & quatenus negative?

V. An idem servandum sit in tumulatione tam civium, quam exterorum, in casu &c.

S. C. C. die 24. Julii 1734. respondit: Ad I. negative: ad II. affirmative intimato tamen prius, & expectato per horam Archipresbytero, vel Canonico Coadjutore: Quo vero ad III. IV. & V. ad Eminentissimum Episcopum juxta mentem.

FUNDANA, Participationis, in qua ad seq. dub.
178 An, & quæ ratio distributionum, & redditum Canonicalium competat Canonico Gaspari Goffredo, donec in Minoribus fuerit, & quousque respective ad Ordinem Sacerdotalem ascenderit, in casu &c.

S. C. C. die 25. Septembris 1734. respondit: *Deberi integram portionem adinstar aliorum Canoniorum, & amplius.*

RUBEN. Expensarum, in qua ad seq. dub.

179 An pecuniæ pro expensis faciendis in causis pendentibus discutiendis in Sacra Congregatione, vel in aliqua earum, sumi possint ex massa communi capitulari ecclesiæ Cathedralis Rubensis, in casu &c.

S. C. Concil. die 25. Septembris 1734. respondit: *Negative, & Episcopus mandet reintegrari missam capitularem de pecunni extractis.*

MEDIOLANEN. Censurarum, in qua ad seq. dub.

180 An censuræ sustineantur in casu &c.

S. C. C. die 4. Decembris 1734. respondit; *Consignato Deposito esse absolvendos ad cautelam.*

SABINEN. Funerum, in qua ad seq. dub.

181 I. An cadaver Mariæ Laurentiæ Valentini, exhumandum, & restituendum sit per Archipresbyterum parochiæ Terræ Cantalupi una cum cera, & aliis emolumentis ab eo perceptis PP. Carmelitis ejusdem Terræ, in casu &c.

II. An cadavera defunctorum sepelienda in ecclesia eorumdem Patrum Carmelitarum debeant ad illam recto tramite deferri, vel potius, attenta asserta consuetudine prius asportari, & exponi in ecclesia parochiali, in casu &c.

III. An in associatione cadaverum ad eandem ecclesiam PP. Carmelitarum dictus Archipresbyter debeat sub sola cruce dictæ ecclesiæ tumultantis incedere, vel possit propriam elevare, & sub utraque incedere, in casu &c.

S. C. C. die 29. Januarii 1735. respondit: *Ad I. quoad restitutionem ceræ, aliorumque emolumentorum affirmative, reservata quarta favore Parochi: Quo vero ad exhumationem, & restitutionem cadaveris, ad Eminentissimum Episcopum juxta mentem. Ad II. & III. affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

CASSANEN. Cathedralici, in qua ad seq. dub.

182 I. An sit locus solutioni cathedralici? & quatenus affirmative.

II. In qua quantitate sit solvendum à Capitulo Cathedralis, Canonicis, & Beneficiatis civitatis Cassani in casu &c.

S. C. Conc. die 21. Maii 1735. respondit: *Ad I. affirmative: ad II. solvendum esse juxta taxam, præscriptam in concilio Romano, & amplius.*

FIRMANA, Capellaniæ, in qua ad seq. dub.

183 I. An Sacerdos deputandus pro celebratione missarum, de quibus agitur, sit amovibilis ad nutum patronorum, & quatenus affirmative.

II. An sit locus remotioni Alberti de Marcantonis Capellani deputati à Barbara, & Magdalena de Marcantonis, in casu &c.

Sacr. C. C. die 18. Junii 1735. respondit: *Ad utrumque affirmative.*

FABENTINA, Quartæ funeralis, in qua ad seq. dub.

184 I. An, & à quibus, quæ portio ceræ debeat Archipresbytero Terræ Bagnacaballi pro eorum quarta funerali, quando cadavera tumultantur extra parochiam in ecclesiis Regularium, in casu &c.

II. An, & quot candelæ tradi debeant Archipresbytero, & Parochis in associatione cadaverum &c.

S. C. C. die 18. Junii 1735. respondit: *Ad I. Deberi quartam tantum ex ea portione ceræ, quæ retinetur ab ecclesiis Regularium: ad II. deberi binas candelas Archipresbytero, & eo absente, totidem ejusdem Substituto tantum, & amplius.*

VERCELLEN. Jurisdictionis, in qua ad seq. dub.

I. An Abbatia SS. Nazarii, & Celsi sit exempta à jurisdictione ordinaria Episcopi Vercellensis? & quatenus negative.

II. An Vicarius pro exercitio Curæ approbari, & institui debeat ab Episcopo Vercellensi, quatenus non adsit provisio Apostolica?

III. An Episcopus Vercellensis visitare possit jure ordinario ecclesiam Abbatiae in omnibus iis, quæ concernunt curam animarum, & administrationem Sacramentorum necnon quoad ea jus habeat in universum clerum, & populum laicum ipsius Abbatiae.

IV. An liceat Ordinario Vercellensi post institutionem ab Executore reportatam in vim literarum Apostolicarum in forma gratiosa novo examini subicere Vicarium perpetuum, & novam institutionem eidem concedere in casu &c.

V. An Abbati SS. Nazarii, & Celsi jus competat concedendi licentias induendi habitum clericalem in casu &c.

Sac. C. C. die 9. Julii 1735. respondit: *Ad I. negative: ad II. affirmative: ad III. provisum in primo: ad IV. negative: ad V. negative, & amplius.*

VERULANA, Oratorii, in qua ad seq. dub.

I. An liceat Patribus Carthusianis retinere oratorium ad celebrandum, seu celebrare faciendum missæ sacrificium in Grancia Turricis, in casu &c.

II. An exteri audientes missam in eodem oratorio celebratam diebus festis satisfaciant præcepto, in casu &c.

S. C. C. die 30. Julii 1735. respondit: *Ad I. affirmative, prævia tamen visitatione Episcopi ad formam Indulti: ad II. affirmative quoad existentes tantum intra oratorium, & ad mentem.*

ORDINIS MINIMORUM, Quartæ funeralis, in qua ad seq. dub.

An sit standum, vel recedendum à decisis sub die 14. Martii 1735. in casu &c.

S. C. C. die 30. Julii 1735. respondit; *Prævio recessu à decisis, teneri ad solutionem quartæ funeralis.*

TUDERTINA, Procurationis, in qua ad seq. dub.

I. An communitas missæ teneatur subministrare scuta decem Archipresbytero pro tempore ecclesiæ S. Felicis d. Terræ Massæ pro expensis victualium factis, & respective faciendis per dictum Archipresbyterum occasione Visitationis Pastoralis Episcopi in casu &c.

II. An iisdem expensis victualium teneantur contribuere confraternitates laicorum, & alia loca pia, & obtinentes capellanias in dicta Terra Massæ, ejusque territorio, in casu &c.

S. C. C. die 30. Julii 1735. respondit: *Ad I. affirmative: Ad II. negative, in casu de quo agitur.*

ORDINIS MINIMORUM, Quartæ funeralis, in qua ad seq. dub.

An sit standum in primo, vel secundo loco decisis in casu &c.

S. C. C. die 10. Septembris 1735. respondit; *In secundo loco decisis, & amplius.*

CAMERINEN. Capellaniæ, in qua ad seq. dub.

An Missa quotidiana relicta à Petro Francisco Pellegrino in ecclesia collegiata celebrari debeat per Sacerdotem Secularem, vel potius celebrari possit etiam per Regulares arbitrio PP. Carmelitarum Excalceatorum mittendos, in casu &c.

S. C. C. die 19. Nov. 1735. respondit: *Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.*

PERUSINA, Cathedralici, in qua ad seq. dub.

I. An cathedralicum debeat Episcopo ab Ecclesiis existentibus in asserta quasi possessione centenaria, vel immemorabili illud non solvendi? & quatenus affirm.

II. An debeat juxta Concilium Romanum, & taxam in eo præfinitam, sive potius juxta asserta decreta synodalia Cardinalis Torres anni 1632. & Episcopi de Bobus anni 1726. & quatenus affirmative quoad primam partem.

III. An debeat ab illis ecclesiis, quæ Episcopo annuatim persolvunt canones, in aliqua re?

IV. An ex beneficiis unitis debeat unum, vel plura cathedratica?

V. An cathedraticum sit solvendum à Rectoribus ecclesiarum parochialium civitatis, & suburbiorum Perusiae, uti asserto unico corpore, seu potius ab unoquoque ex eis?

VI. An, & à quo debeat cathedraticum pro ecclesia Sanctæ Luciae Civitatis Perusiae?

VII. An à solutione cathedratici sint detrahenda onera missarum, ceteraque onera beneficiis annexa, in casu &c.

S. C. C. die 19. Novembris 1735. respondit: Ad I. affirmative; ad II. affirmative quoad primam partem: ad III. affirmative; ad IV. Providebitur in casibus particularibus: ad V. negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam: ad VI. Deberi ad Œconomum ex bonis ejusdem Ecclesiae: ad VII. negat.

CREMONEN. Quartæ funerariæ, in qua ad seq. dub.

192 An stante resolutione per Sac. Congregationem edita die 9. Januarii 1734. conferri debeant à Parochis dumtaxat, intortitia, quæ accenduntur pro associatione cadaveris ad ecclesiam tumulantem, ac in eadem ecclesia accensa remanent circa cadaver juxta declarationem ab ipsis emissam; vel potius conferendæ etiam sint tam candelæ, quæ à Parochis gestantur, & illæ quæ cruci parochiali affiguntur, quam elemosyna, aliæque candelæ, quæ pro missa parochiali eis traduntur in casu &c.

S. Cong. Conc. die 3. Decembris 1735. respondit: affirmat. quoad primam partem, negat. quoad secundam.

SUESSANA, Servitii, in qua ad sequentia dub.

193 I. An simplices Clerici quamvis Beneficiati, sed nullum ab ecclesia cathedrali recipientes emolumentum teneantur eidem ecclesiae inservire in divinis, publicis processionibus adesse, & assistere Episcopo Pontificaliter celebranti? & quatenus negative.

II. An constet de attentatis, in casu &c.

III. An supradicti Clerici teneantur in feria V. Cœnæ Domini adimplere præceptum paschale, recipiendo SS. Eucharistiæ Sacramentum per manus Episcopi pontificaliter celebrantis juxta edictum publicatum ab Episcopo die 3. Aprilis 1735. sive potius supradicti Clerici dictum præceptum paschale adimplere in propriis parochiis, in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 14. Januarii 1736. respondit: Ad I. affirmative, moderata pœna: ad II. negative; ad III. affirmative, quoad primam partem.

SUESSANA, Jurium parochialium, in qua ad seq. dub.

194 I. An licuerit PP. S. Augustini Civitatis Suessanæ in die Dominico Resurrectionis Domini Nostri devotionis causa administrare SS. Eucharistiæ Sacramentum Clerico Antonio de Paulo? & quatenus negative.

II. An substineatur comminatio Interdicti ecclesiae supradictorum Patrum facta ab Episcopo, in casu &c.

S. C. C. die 14. Januarii 1736. respondit: Ad I. negative; ad II. ad mentem, & amplius.

NUSCANA, sepulturæ, in qua ad seq. dub.

195 I. An pro constructione novæ sepulturæ per Confratres Societatis SS. Rosarii Oppidi Muntellæ factæ in parochiali ecclesia S. Nicolai satis fuerit licentia Episcopi, vel potius requireretur licentia expressa Capituli ecclesiae collegiatae S. Mariæ ejusdem Terræ?

II. An electio sepulturæ à dictis Confratribus Societatis SS. Rosarii fieri possit in prædicta nova sepul-

tura specialiter constructa in dicta parochiali ecclesia S. Nicolai pro Confratribus ejusdem confraternitatis?

III. An cadaver Salvatoris de Nenna loco depositi conditum in sepultura veteri ejusdem parochiali ecclesiae S. Nicolai sit exhumandum, & sepeliendum in dicta sepultura ab eodem Salvatore electa, vel potius sit alio ferendum, in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 28. Januarii 1736. respondit. Ad I. affirmative, quoad primam partem, & negative quoad secundam: ad II. affirmative: ad III. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.

ROMANA, Utensilium, in qua ad sequens dub.

An pro Capellaniis erectis anno 1709. in Ecclesia 196 S. Agnetis debeantur ab eorum possessoribus eidem ecclesiae utensilia pro celebratione missarum, in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 24. Martii 1736. respondit: affirmative, & amplius.

CASSANEN. in qua ad sequentia dubia.

I. An dispositio Pomponii Jordani facta sub die 17. 197 Junii 1722. prævio decreto hujus Sac. Congregationis quoad Missam hebdomadalem, & festivitatem S. Mariæ de Monte Carmelo celebrandam à Fratribus S. Francisci de observantia sit servanda per illius hæredes?

II. An eisdem Religiosis, sive illorum Syndico Apostolico aliqua competat actio instandi pro celebratione missarum, ac pro earum elemosyna?

III. An constet de jure patronatus capellæ S. Mariæ de Monte Carmelo favore hæredum Pomponii?

IV. An per præfatos Religiosos in dicta capella impediri valeat dictis hæredibus celebratio festivitatis S. Mariæ de Monte Carmelo, ac aliorum festorum B. M. Virginis.

V. An teneantur iidem hæredes solvere præfatis Religiosis ducatos quatuor pro celebrando eodem Festo?

VI. An dicti Religiosi potuerint denegare tumulationem cadaveris Nicolai Rossi in sepulcro sito prope dictam capellam?

VII. An idem cadaver tumulari debeat in præfato sepulcro?

VIII. An prædicta capella visitari debeat per Ordinarium, seu per Regulares?

IX. An, & de quibus recursibus ad Judices laicos constet etiam ad effectum refectionis damnorum, & expensarum, in casu &c.

S. C. C. die 28. Aprilis 1736. respondit: Ad I. affirmative: ad II. Serventur decreta generalia: ad III. affirmative quoad jus honorificum: ad IV. negat. ad V. negat. & ad mentem: ad VI. negat. ad VII. affirmat. ad VIII. Serventur decreta: ad IX. ad Eminentissimum Præfectum juxta mentem.

MEDIOLANEN. celebrationis missarum, in qua ad sequentia dubia.

I. An pro celebratione missarum in ecclesia S. Ma- 198 riæ Paradisi debeant eligi Religiosi ejusdem ecclesiae; vel potius sit in arbitrio hæredis deputare alios Sacerdotes?

II. An sit locus reductioni missarum, vel potius hæres teneatur supplere elemosynam, in casu &c.

S. C. C. die 12. Maii 1736. respondit: Ad 1. affirmative quoad primam partem, & negat. quoad secundam: ad 2. negat. quoad utramque partem.

FIRMANA, Jurium parochialium, in qua ad seq. dub.

1. An Sacerdotes deputandi ab asserta societate 199 suffragii possint solemniter canere missas in ecclesia, seu oratorio sub titulo Suffragii absque licentia Parochi S. Mariæ, vel potius missæ solemnes, quatenus in dicta ecclesia, seu oratorio canendæ sint, celebrari debeant ab eodem Parocho, etiam invitatis Confratribus?

2. An in dicta ecclesia, seu oratorio exponi possit SS. Eucharistiæ Sacramentum publicæ adorationi cum sola licentia Ordinarii sine interventu Parochi prædicti? & quatenus affirm.

3. An eidem Parocho S. Mariæ competat saltem jus benedicendi populum cum Sanctissimo Sacramento in dicta ecclesia, seu oratorio, etiam invitis confratribus?

4. An Parochus SS. Joannis & Pauli de consensu Parochi S. Mariæ possit dictas functiones explere in dicta ecclesia, seu Oratorio etiam invitis confratribus.

5. An cadavera defunctorum tumulari possint in dicta ecclesia, seu oratorio, invitis parochis, & quatenus aliquis elegerit in eodem oratorio, tumulari, in casu &c.

S. C. C. die 2. Julii 1736. respondit: *Ad 1.* affirmat. *quoad primam partem de licentia Episcopi*, & negat. *quoad secundam*: *ad 2.* affirmat. *ad 3.* & *4.* negat. *ad 5.* affirmat. *salvis Juribus parochialibus.*

JUVENACEN. *Administrationis*, in qua ad seq. dub.

200 An administratio proventuum spectantium ad confraternitates, & loca pia Terlitii pertineat ad confratres, & officiales cum omnimoda independentia ab Episcopo, vel potius erogatio dictorum proventuum facienda sit à dictis confratribus, & officialibus cum scientia, & approbatione Episcopi, in casu &c.

S. C. C. die 7. Julii 1736. respondit: Negative *quoad primam partem*, & affirmative *quoad secundam ad formam decret. bon. mem. Episcopi Chiurlia.*

CREMONEN. *Quartæ funerariæ*, in qua ad seq. dub.

201 An sit standum, vel recedendum à decisis, in casu &c.

S. C. C. die 7. Julii 1736. respondit: *In decisis* & *amplius.*

CASSANEN. in qua ad sequens dub.

202 An, & in quibus sit standum, vel recedendum à decisis, in casu &c.

S. C. C. die 1. Septembris 1736. respondit: *In decisis in omnibus*, & *quoad quartum dubium juxta modum*, & *amplius.*

JUVENACEN. in qua ad sequentia dub.

203 1. An edictum Episcopi demandatis sub poena censurarum distributionem candelarum propriis sumtibus faciendam à Capitulo Terlitii die Purificationis Beatis. V. Clero, & Populo, sustineatur, & quatenus affirmative.

2. An teneatur dictum Capitulum dare cereum tam Archipresbytero, quam Episcopo, sive alteri tantum ex eis, sive præsentem, sive absentem?

3. An censuræ latæ per Episcopum post interpositam, & admissam appellationem à Metropolitanano, sustineantur, in casu &c.

S. C. C. die 22. Septembris 1736. respondit: *Ad 1.* affirmative: *ad 2.* affirmative *dummodo sit præsens*: *ad 3.* affirmative, & *ad mentem.*

JUVENACEN. *Administrationis*, in qua ad seq. dub.

204 1. An sit standum, vel recedendum à dec. in casu &c.

2. An redditi rationis proventuum administratorum, eorumque erogatio facienda sit à confratribus, seu officialibus Episcopo in visitatione, seu potius extra ad arbitrium dicti Episcopi, in casu &c.

S. C. C. die 17. Novembris 1736. respondit: *Ad 1.* *in decisis*: *ad 11.* affirmative *quoad utramque partem in loco Terlitii*, & *amplius.*

ELVEN. *Jurisdictionis*, in qua ad sequent. dub.

205 1. An possit Capitulum, sede vacante, post electum Vicarium in spiritualibus, & temporalibus deputare alium toties quoties sibi placuerit ad aliquod faciendum in exercitio jurisdictionis translata, ipsam reassumendo jurisdictionem?

2. An possit Capitulum per se ipsum dare subditis chartas testimoniales, vel *reverendas* ad Ordines suscipiendos, vel debeant dari per Vicar. Gener. Capitular.

3. An Capitulum possit in deputatione Vicarii Capitalaris dare jurisdictionem limitatam, & possit in hoc casu attendi consuetudo regni Lusitaniæ? & quatenus affirmative.

4. An possit reservatam jurisdictionem alicui alteri committere, vel illam debeat per se ipsum exercere?

5. An possit Capitulum dare subditis attestaciones de *vita*, & *moribus* per se ipsam, vel debeant dari à Vicario Capitalari?

6. An possit Capitulum jubere Vicario Capitalari, ut det tales attestaciones, vel debeat pendere ab arbitrio Vicarii Capitalaris?

7. An in concursu parochialium debeat intervenire arbitrium Vicarii Capitalaris, vel debeat pendere ab arbitrio Capituli, facto concursu, in præsentia Capituli, vel in absentia, & an debeat attendi consuetudo regni, in casu &c.

S. C. C. die 1. Decembris 1736. respondit: *Ad 1.* negative: *ad 2.* negative *quoad primam partem*, & affirmative *quoad secundam*: *ad 3.* negative: *ad 4.* *provisum in tertio*: *ad 5.* negative *quoad primam partem*, & affirmative *quoad secundam*: *ad 6.* negative: *ad 7.* affirmative *quoad primam partem ad formam juris. In reliquis negative.*

URBEVETANA, in qua ad seq. dub.

1. An Camerarius, alique Officiales Rev. fabricæ S. Mariæ de Stella cathedralis ecclesiæ Urbis Veteris teneantur subministrare Episcopo ejusdem civitatis suppellectilia, & paramenta sacra necessaria pro celebratione Missæ tantum in suis domesticis capellis, seu etiam pro aliis ecclesiasticis functionibus ibidem peragendis, in casu &c.

2. An eidem Episcopo sint subministranda suppellectilia, & paramenta sacra extra Civitatem Urbis veteris occasione sacræ visitationis, aliarumque ecclesiasticarum functionum explendarum pro sua diocesi? & quatenus affirmative.

3. Cujus qualitatis debeant esse dicta suppellectilia, & paramenta sacra, in casu &c.

S. C. C. die 19. Januarii 1737. respondit: *Ad 1.* affirmative: *ad 2.* negative: *ad 3.* *esse debere qualitatis decentis gradui episcopali.*

CASTRI MARIS, *Servitii chori*, in qua ad seq. d.

1. Ad edictum Episcopi promulgatum die 4. Januarii 1736. prohibitivum discessus absque sua licentia in scritis quoad Dignitates, & Canonicos sustineatur, in casu &c.

2. An saltem Canonici gaudentes vacatione, ejus tempore durante possint impune discedere, & abesse, in casu &c.

Sacr. Cong. Conc. die 4. Martii 1737. respondit *Ad 1.* affirmative, *pro discessu pernoctandi extra diocesim, moderata tamen poena in ducatis duobus*: *ad 2.* affirmative *juxta decretum in Faden. 9. Maii 1626.* & *D. Secretarium juxta mentem.*

RAVENNATEN. *Applicationis missarum*, in qua ad seq. dub.

1. An pro legato juliorum decem, & solitæ ceræ relicti per Michaellem Angelum Porcharium Ven. capellæ SS. Conceptionis in eccl. RR. PP. S. Francisci Terræ Argentæ in die illius festivitatis teneantur idem FF. celebrare, & simul applicare missas, juxta intentionem Patroni, & in quo numero, in casu &c.

2. An fratres prædicti teneantur celebrare, & respective applicare missas in antea actis non applicatas in die præfata festivitatis, in casu &c.

3. An subministratio candelarum occasione prædictæ festivitatis sit facienda à Patrono in certa quantitate, seu potius illa resideat in ejus arbitrio ac devotione, in casu &c.

4. An fratres præfati teneantur reponere in antiquo loco dictæ capellæ stema familiæ de Martiis illius antiquæ Patronæ, nec non antiquam lampadem, alique suppellectilia olim facta ab illius Patronis, in casu &c.

5. An dicti fratres possint ad eorum libitum amovere ab

ab altari, ejusque proprio loco statuam Beatissimæ Virginis, itemque crucem, & candelabra insimul allegata dissolvere aliaque sacra supellectilia à Patrono pro usu dicti altaris, alio asportare invitis iisdem Patronis, in casu &c.

6. An constet de attentatis, in casu &c.

Sac. Congreg. Concil. die 17. Augusti 1737. respondit: *Ad 1. negative: ad 2. provisum in primo: ad 3. servandum esse solitum: ad 4. negat. in omnibus, sed licere heredibus reponere propriis sumtibus: ad 5. quoad crucem, & alia supellectilia sacra negative: Quo vero ad statuam B. Virginis affirmative, petita prius, licet non obienta licentia à Patrono: ad 6. Negative in casu, de quo agitur, & amplius.*

CASERTANA, Capellanarium, in qua ad seq. dub.

I. An quatuor capellani quondam Jacobi Landulphi ecclesiæ receptitiæ SS. Corporis Christi civitatis Magdaluni ad instar antiquorum capellanorum competat beneficium vacandi à celebratione unius missæ in singulis hebdomadis?

II. An iidem quatuor capellani impediti ex causa adversæ valetudinis teneantur supplere per alium in missis adimplendis, ac in canendis horis canon. in casu &c.

Sacr. Congreg. Conc. die 14. Decembris 1737. respondit: *Ad 1. negative, quoad celebrationem juxta mentem fundatoris videatur particulariter: ad 2. negative.*

TUSCULANA Reparationis ecclesiæ, in qua ad seq. dub.

1. An reparatio ecclesiæ S. Mariæ de Vivario, sive S. Rocchi civitatis Tusculi ad formam decreti Sac. Visitationis factæ ab Eminentissimo Episcopo spectet ad communitatem, sive potius ad Capitulum cathedralis ejusdem civitatis; & quaten. negative, quoad utramque partem.

2. An pro dicta reparatione sit locus impositioni taxæ solvendæ à parochianis, & populo civitatis, in casu &c.

3. An reparatio, & expurgatio respective quatuor sepulchrorum existentium in dicta Ven. Ecclesia, ac inservien pro laicis adultis fieri debeat sumtibus dictæ communitatis, sive potius dicti Capituli, in casu &c.

4. An reparatio, & expurgatio aliarum duarum sepulchrorum pariter in dicta eccles. existen. & inserv. pro pueris, & Sacerdotibus fieri debeat sumtibus Capituli, vel Archipresbyteri, sive potius Communitatis, in casu &c.

5. An refectio, & manutentio sacrarum supellectilium, & Utensilium in sacristia d. Ven. Ecclesiæ spectet ad Capitulum, & Archipresbyterum, sive potius ad Communitatem, in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 11. Januarii 1738. respondit: *Ad 1. affirmative quoad primam partem, & negative ad secundam: ad 2. provisum in prima: ad 3. 4. & 5. affirmat. quoad primam partem, & negat. ad secundam.*

CASSANEN. Cathedratici, in qua ad seq. dub.

1. An Episcopo Cassanen. debeat cathedraticum per Parochos, & Beneficiatos Italo-Græcos, & Beneficiatos atque Clericos de communibus Græcarum Ecclesiarum Massis Participantes? & quatenus affirmative.

2. A quo tempore idem cathedraticum debeat, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 8. Februar. 1738. respondit: *Ad 1. affirmative: ad 2. deberi à tempore novi edicti per Episcopum promulgati.*

FULGINATEN. Jurisdictionis, in qua ad seq. dub.

1. An laudum, de quo agitur, sit exequendum? & quatenus negat.

2. An jus indicendi concursus, & præeligendi digniorem in vacationibus ecclesiarum parochialium diocesis Fulginaten, de quibus agitur, spectet private ad Episcopum?

3. An jus conferendi dictas ecclesias parochiales

simpliciter spectet ad Eminentissimum Abbatem, in casu &c.

4. An jus cognoscendi causas criminales, civiles, & mixtas competat private Episcopo; seu potius Eminentissimo Abbati, in casu &c.

S. C. C. die 1. Martii 1738. respondit: *Ad 1. negative: ad 2. affirmative: ad 3. collationem spectare ad Eminentiss. Abbatem, salva institutione auctorizabili Episcopi: ad 4. spectare cumulative cum Episcopo ad Eminent. Abbatem, præter quam quoad causas criminales, & matrimoniales, aliasque concernentes curam Animarum.*

TUSCULANA, Reparationis eccl. in qua ad seq. d.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum à 213 decisis, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 1. Martii 1738. respondit: *Quoad 1. 2. & 3. in decisis: ad 4. in decisis quo ad sepulturam Sacerdotum, quo vero ad sepulturam puerorum spectare ad Communitatem: ad 5. prævio recessu à decisis, spectare ad communitatem.*

BISSACIARUM, in qua ad seq. dub.

1. An Capitulum cathedralis ecclesiæ Bisaccien. teneatur singulis annis in festivitate Nativitatis SS. Domini Nostri tradere Episcopo strenam in summa ducatorum decem?

2. An eidem Episc. debeat cathedraticum ab ecclesia cathed. sive Capit. Bisaccien.

3. An idem Capit. teneatur solvere Cursori curiæ episcopalis accedenti ad civitatem, & loca diocesis Bisaccien. pro negotiis ejusdem curiæ expensas, seu ut vulgo dicitur, *il Pedatico?*

4. An Capitulum dictæ cathedralis Episcopo eadem ecclesiam visitanti teneatur solvere procurationem, & an teneatur tam pro illo, quam pro Convisitatoribus, aliisque Ministris, ac famulis parare habitationem?

5. An Episcopus teneatur ad restitutionem tam victualium, quam pecuniarum exactarum in Visitatione anni 1736.

6. An censuræ latæ per Episcopum occasione ejus accessus ad civitatem Bisaccien. mense Aprilis anni 1737. sustineatur?

7. An Episcopus pro multis teneatur deputare depositarium in Civit. Bisaccien.

8. An decimæ debeantur Episcopo à Capitulo cathedralis Bissaccien. pro medietate, vel potius in quarta parte?

9. An idem Capitulum teneatur dare in festivitate Purificationis B. M. Virginis cereum Episcopo absentis?

10. An & quomodo sit servandum edictum promulgatum ab Episcopo super declaratione habitus talaris, in casu &c.

S. C. C. die 15. Martii 1738. respondit: *Ad 1. negative: ad 2. affirmative: ad 3. negative: ad 4. & 5. dilata, & reproponatur in una cum dubio: An Episcopus teneatur aliqua parte anni residere in civit. Bissacciarum: ad 6. negative: ad 7. affirm. ad 8. affirm. quoad primam partem juxta solitum, & negative quoad secundam: ad 9. affirmative: ad 10. affirmative moderata poena in uno ducato tantum circa approbationem limitationis, & amp.*

CÆSENATEN. Onerum missarum, in qua ad seq. dub.

I. An celebratio missæ injunctæ ex præcepto Joseph Verzaglia testatoris in die sui anniversarii, fieri debeat dumtaxat in aliquo altari privilegiato existente in ecclesia Conventus Ordinis Servorum B. M. civitatis Cæsennæ, seu potius in singulis altaribus privilegiatis omnium aliarum ecclesiarum dictæ civitatis? & quatenus affirmative quoad secundam partem.

II. An dictarum missarum numero, qui celebrari deberet in omnibus altaribus privilegiatis dictæ civitatis, satisfieri valeat in solis geminis altaribus ecclesiæ dicti Conventus?

III. An celebratio aliarum duarum missarum similiter ordinata ab eodem testatore in quolibet die solemnitatum festivitatis B. M. V. ac ipsius Sanctiss. Filii Jesu fieri debeat dumtaxat in duobus festis solemnibus

B. V. septem Dolorum, nempe in tertia Dominica Septembris, & in feria sexta post Dominicam Passionis, seu potius in omnibus solemnitatibus dictæ SS. Virginis, & Domini Nostri Jesu infra annum occurrentibus?

IV. An omnium dictarum missarum onus adimpleri debeat per solum decennium, sive potius in perpetuum, in casu &c.

S. C. C. die 14. Jun. 1738. respondit: *Ad 1. negative quoad primam partem, & affirmat. quoad secundam: ad 2. negat. ad 3. & 4. negat. quoad primam partem, & affirm. quoad secund. & ampl.*

NULLIUS, seu Messanen. Juris convocandi synodum, in qua ad sequens dub.

216 An Archimandritæ Messanensi competat jus convocandi synodum, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 5. Jun. 1738. respondit. Negat.

HORTANA, Furium parochialium, in qua ad seq. dub.

217 I. An in ecclesiis confraternit. laicalium Terræ Soriani expleri possint functiones non parochiales & signanter celebrationis missarum cum assistentia Diaconi & Subdiaconi independenter à parochis in solemnioribus earumdem ecclesiarum festivitatibus?

II. An in dictis ecclesiis possint Parochi peragere functiones tam parochiales, quam non parochiales, irrequisitis officialibus, & capellanis dd. ecclesiarum?

IV. An occasione tumulationis defunctorum in dictis ecclesiis debeantur Parochis omnia intortitia, & ceræ, seu potius debeat sola quarta funeralis, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 5. Junii 1738. respondit: *Ad I. affirmative: ad II. negative: ad III. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam: ad IV. servetur solitum ad formam constitutionis Sanctæ Mem. Benedicti XIII.*

EUGUBINA, Servitii chori, in qua ad sequens dub.

218 An constet de legitimo impedimento Canonici Guiducci non accedendi ad cathedralem horis vespertinis, ita ut eidem sit indulgenda exemptio à choro, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 23. Augusti 1738. respondit: *Affirmative durante causa infirmitatis.*

FULGINATEN. Jurisdictionis, in qua ad seq. dub.

219 An, & in quibus sit standum, vel recedendum à decisis, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 28. Septembris 1738. respondit: *in decisis, & amplius.*

BONONIEN. Præcedentiæ, in qua ad sequens dub.

220 I. An duodecim antiqui Mansionarii constituent corpus, sive collegium distinctum à quatuor Capellanis Mansionariis nuncupatis de Boncompagni, in casu &c.

II. An dicti duodecim antiqui Mansionarii, eorumque Successores ac Coadjutores præcedere debeant dictis quatuor novis Capellanis Mansionariis nuncupatis de Boncompagni tametsi anterioribus in receptione, seu admissione, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 22. Novembris 1738. respondit: *affirmative ad utrumque, & amplius.*

SANCTI SEVERINI, Cathedralici in qua ad seq. dub.

221 An cathedralicum debeat, in qua summa, & à quo tempore, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 22. Novembr. 1738. respondit: *Deberi in summa præscripta à Concilio Romano à die promulgatæ Synodi an. 1733.*

NULLIUS FARFEN. Distributionum quotidiano-
rum, in qua ad seq. dub.

222 I. An canonicus absens ex causa studiorum teneatur ad pœnam punctaturarum indictam in statuto eccle-

siæ contra non interessentes divinis officiis? & quatenus affirmative.

II. An eadem pœna sit solvenda ex tertia parte fructuum ex inadulto relinquenda, & repartienda interessentibus, & quatenus affirmative?

III. An onera adnexa Canonicatui sint solvenda per Canonicum absentem ex fructibus canonicalibus reliquarum duarum partium, sive potius ex dicta tertia parte in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 20. Decembris 1738. respondit: *Ad I. & II. affirmative: ad 3. Dilata, & scribatur Eminentiſſimo Abbati pro meliori informatione juxta instructionem.*

AQUILANA, Concionatoris, in qua ad seq. dub.

I. An Communitas Terræ Pizzuli in suis literis patentibus nominationis Concionatoris uti debeat verbis *N. N. nominamus proponimus, vel præsentamus*, non obstante prætensa quasi possessione, & consuetudine etiam immemorabili apponendi verba *eligimus, & deputamus?* & quatenus affirmative.

II. An dictæ literæ patentes ab eadem Communitate Concionatori tradendæ remanere debeant in cancellaria episcopali Aquilæ pro documento ipsius nominationis?

III. An iisdem Concionatoribus per dictam communitatem nominatis, & præsentatis Episcopus debeat tradere suas literas patentes approbationis, & electionis, in eisdem exprimendo, quod ipsi Concionatores fuerint ab eadem Communitate nominati?

IV. An dd. literæ patentes nominationis debeant exhiberi in cancellaria episcopali per totum mensem Novembris, & quatenus Concionator non sit habilis, debeat eadem Communitas alium nominare per totum mensem Decembris; alias, quod pro illa vice jus deputandi Concionatorem libere devolvatur ad Episcopum in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 20. Decembris 1738. respondit: *In omnibus affirmative.*

SENOGALLIEN. Juris sepeliendi, in qua ad seq. dub.

I. An liceat Ven. Societati Sanctiss. Assumptionis, & Rosarii civitatis Senogaliæ sepelire sine licentia Reverendissimi Capituli Curati Cathedralis ejusdem civitatis cadavera confratrum sibi eligentium sepulturam in ecclesia, seu oratorio ejusdem Societatis?

II. An Capitulum Curatum dictæ civitatis teneatur concedere licentiam sepeliendi cadavera etiam aliorum, licet non confratrum, qui sibi sepulturam elegerint in ecclesia Societatis?

III. An in quocumque casu sepeliantur in ecclesia dictæ Societatis cadavera tam confratrum, quam aliorum non confratrum, emolumenta ceræ, associationis, funeris, ac etiam depositi integre spectent ad Capitulum Curatum, vel potius in qua rata, in casu &c.

Sacr. Congr. Concil. die 24. Januarii 1739. respondit: *Ad I. affirmative: ad II. licentiam petendam esse ab Episcopo: Ad III. pro cadaveribus confratrum, & habentium sepulcrum gentilitium spectare quartam funeralem tantum, pro aliis vero integre omnia emolumenta.*

AMALPHITANA, Cathedralici, & procurationis, in qua ad seq. dub.

I. An ab Abbate ecclesiæ S. Mariæ Terræ Positani debeat cathedralicum Archiepiscopo Amalphitano in casu &c.

II. An eidem Archiepiscopo competat jus visitandi prædictam ecclesiam S. Mariæ, & quatenus affirmative.

III. An d. Archiepiscopo debeat procuratio, in casu &c.

Sacr. C. C. die 14. Martii 1739. respondit: *Affirmative in omnibus, & amplius.*

TOLENTINA, Cathedralici, in qua ad seq. dub.

An, in qua summa Canonicus Theologus solvere teneatur cathedralicum mensæ Episcopali etiam pro beneficiis unitis præbendæ theologali, in casu &c.

S. C. C. die 14. Martii 1739. respondit: Affirmative in summa præscripta à Concilio Romano, & amplius.

ROMANA, Utensilium, in qua ad seq. dub.

227 An augmentum usque ad scuta quatuor pro qualibet capellania debeatur ab hærede; seu potius à Capellanis, in casu &c.

Sacr. C. C. die 11. Aprilis 1739. respondit: Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.

ACERNEN. Distributionum quotidianarum, & Jubilationis, in qua ad sequent. dub.

228 I. An Canonico Philippo Ragone, attenta ejus infirmitate, debeantur distributiones quotidianæ, & alia emolumenta, de quibus agitur, in casu &c.

II. An sit locus jubilationi, & exemptioni à choro, & ad quem effectum, in casu &c.

S. C. C. die 11. Aprilis 1739. respondit: Ad I. affirmative exceptis distributionibus, & emolumentis, quæ juxta testatorum voluntatem debentur tantum actu interessentibus: ad II. affirmative ad effectum obtinendi Indultum juxta formam consuetam.

TOLENTINA, Servitii Chori, & missæ conventualis, in qua ad sequent. dub.

229 I. An, quomodo, & quibus diebus in ecclesia collegiata S. Jacobi Tolentini celebrari debeat missa cantata?

II. An in celebranda eadem missa servari debeat turnus, & quatenus affirmative.

3. An idem turnus incipere debeat à Priore, sive potius à Canonico Decano, & inde proseguere per alios Canonicos?

4. An præter Canonicum hebdomadariam in dicta missa cantata, & aliis officiis debeant intervenire alii Canonici? & quatenus affirmative.

5. An deficientibus ab hujusmodi interventu eisdem Canonicis, sint ipsi mulctandi, & in qua summa?

6. An Prioratus dictæ collegiatae ecclesiæ sit dignitas cujus qualitatis, & ad quos effectus?

7. An convocatio Capituli spectet ad Priorem juxta constitutionem synodalem anni 1728.

8. An Canonici antiquiores pro tempore collegiatae ecclesiæ in Ordinibus Sacris non constituti teneantur illos assumere?

9. An iidem duo Canonici antiquiores teneantur excipere fidelium Confessiones, nec non Priorem coadjuvare in administratione aliorum Sacramentorum?

10. An teneantur etiam instruere pueros in doctrina christiana, & quatenus affirmative ad 9. & 10.

11. An, ipsis deficientibus ab hujusmodi munere, teneatur Prior eis contribuere annuam præstantiam quatuor rubrorum frumenti, & scutorum sex pro quolibet?

12. An canonicus Rilli unus ex dictis duobus Canonicis antiquioribus, & Canonicus Joseph Pompilii possint retinere capellaniam in ecclesia rurali S. Joseph cum onere ibi missam celebrandi diebus festis, & respectivo munus Organistæ exercere in ecclesia S. Nicolai?

13. An Canonicus Joannes Bezzi alter ex Canonicis antiquioribus valeat exercere munus Confessarii Monialium in monasterio S. Agnetis, in casu &c.

S. C. C. die 16. Maii 1739. respondit: Ad I. celebrandum esse juxta decretum Visitationis anni 1717. ad

II. affirmative: ad III. negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam: ad IV. affirmative: ad

V. affirmative quoad quantitatem arbitrio Episcopi: ad VI. esse dignitatem ex comprehensis sub regula IV. Can-

cellaria ad effectus præeminentiales juxta ipsius collegiatae consuetudinem: ad 7. 8. 9. affirmative: ad 10. teneri ad

coadjuvandum Priorem in casu indigentiae arbitrio Episcopi. Ad II. affirmative, & in casu deficientiæ mul-

tandos esse judicio Episcopi: ad XII. affirmative, dummodo satisfaciant servitio chori, & oneribus Canonicatus:

ad XIII. affirmative ut ad proximum.

OVETEN. Coadjutoria, & Distributionum, in qua ad sequent. dub.

FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. X.

I. An durante tempore pœnalis servitii, & consequenter absentia Canonici Francisci Sierra Coadjutoris, residere valeat Joannes Joseph Florez Canonicus Coadjutus; & quatenus affirmative.

II. An residendo gaudere debeat diebus vacationis, seu recreationis nuncupatis *los dias de garcias*?

III. An eodem tempore durante, si ægrotaverit dictus Joannes canonicus Coadjutus, habendus sit pro præsentem tempore infirmitatis, & possit lucrari distributiones, in casu &c.

S. C. C. die 6. Junii 1739. respondit: Ad I. & II. affirmative. ad III. negative salvo jure agendi contra Coadjutorem pro revelatione.

REVENNATEN. Distributionum quotidianarum, in qua ad seq. dub.

I. An Clemens Grattarola Cæremoniarum Magister Archiepiscopi Ravennaten. quando ratione sui officii assistit eidem Archiepiscopo Pontificalia exercenti tam in ecclesia cathedrali, quam in aliis quibuscumque civitatis locis, ejusdem suburbii, nec non extra civitatem in locis suæ diocesis in actu visitationis, gaudere debeat distributionibus quotidianis, & quatenus negative.

II. An ex gratia indulgendum sit, ut dictas distributiones lucatur, in casu &c.

S. C. C. die 1. Julii 1739. respondit: Negative ad utrumque in casu, de quo agitur, præter quam quando assistit Archiepiscopo in cathedrali.

GERUNDEN. Exemptionis, in qua ad seq. dub.

I. An Episcopus procedere teneatur contra Capitulares extra visitationem cum duobus Adjunctis ad formam Cap. 6. sess. 25. de Refor. & in visitatione cathedralis, dictorumque Capitularium per seipsum dumtaxat ad formam Cap. 4. sess. 6. de Ref. in casu &c.

II. An dictus Episcopus in atrocibus procedere possit etiam sine Adjunctis contra dictos Capitulares, seu potius contra eosdem procedere debeat Episcopus Vicensis, in casu &c.

III. An occasione visitationis Capituli, & cathedralis Episcopus eam terminare teneatur quam citius, nisi fuerit legitime impeditus, seu potius, postquam fuit incoæpta, procedendo ad extraneos actus, eandem ad libitum differre valeat, in casu &c.

IV. An dictum Capitulum subjiciatur constitutionibus synodalibus, sive aliis legibus etiam per edicta banditis ab Episcopis, absque illius consilio, & assensu, vel potius editis cum illius consilio tantum, in casu &c.

S. C. C. die 19. Decembris 1739. respondit: Ad I. negative: ad II. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam: Ad III. affirmative quoad utramque partem, servatis tamen finibus moderati, & prudentis arbitrii, & amplius. Ad IV. affirmative ad primam partem, & negative ad secundam & amplius.

GERUNDEN. Jurisdictionis, in qua ad seq. dub.

An quoad III. & IV. dubium sit standum, vel recedendum à decisis die 12. Februarii 1729. in casu &c.

S. C. C. die 19. Decembris 1739. respondit: Ad III. prævio recessu à decisis quoad ecclesiam cathedralem. & capitulum affirmative in omnibus: ad IV. prævio pariter recessu à decisis affirmative.

CALAGURITANA, Et CALCEATEN. Residentia, in qua ad seq. dub.

I. An Episcopus teneatur saltem diebus præscriptis à S. Concilio Trident. sess. 23. de Refor. cap. 1. residere in alterutra ex cathedralibus, ibique sacras functiones explere? & quatenus affirmative.

II. An, & quibus pœnis subjiciendus sit in casu non residentia?

III. An, & quomodo sit concedendum novum Indultum saltem ed cautelam in casu &c.

S. C. C. die 3. Septembris 1740. respondit: Teneri, & concedendum esse Indultum ad biennium juxta mentem.

Parochus ruralis non est proprius, & verus Parochus, quando rus itur causa recreationis, vel



pro rusticanis negotiis, ideoque Matrimonium valide coram hujusmodi Parocho celebrari non potest, Sac. Congreg. Concil. 1. Decembr. 1740.

MARSICEN. Oratorii, in qua ad seq. dub.

236 I. An in privato oratorio, de quo agitur, celebrari possit missæ sacrificium in absentia Domini, ac præ-sente sola familia.

II. An sustineatur sententia suspensionis oratorii lata ab Episcopo Marsicen. in casu &c.

Sacr. C. C. die 3. Decembris 1740. respondit: *Ad I.* negative *ad II.* affirmative: *et ad mentem.*

LARINEN. in qua ad seq. dub.

237 I. An erectio Ecclesiæ, S. Agathæ in vicariam, & parochialem perpetuam facta sub die 5. Julii in executionem resolutionis S. Congr. sustineatur in casu &c. & quatenus negative.

II. An, & quomodo ad illam sit deveniendum, in casu &c.

III. An P. Abbas S. Mariæ Tremitarum teneatur subministrare Vicario Curato deputando suppellectilia, & alia necessaria pro exercitio Curæ?

IV. An, à quo, & in qua summa sit subministranda congrua eidem Vicario, in casu &c.

V. An cedulae suspensionis à divinis relaxati per Pro-Vicarium Generalem Larinen. sub die 22. Augusti, & publice affixi contra Rev. P. Vice-Abbatem Tremitarum sustineatur, in casu &c.

S. C. C. die 15. Aprilis 1741. respondit: *ad I.* negative: *11. deveniendum esse ad erectionem juxta modum explicandum ab Eminentissimo Præfesto: ad III.* affirmative; *ad IV.* subministrandam esse à monasterio in annua summa ducatorum sexaginta: *ad V.* negative.

PAMPILONEN. Juris quæstuandi, in qua ad sequent. dub.

238 I. An Syndico Ven. Conventus S. Francisci Min. Observantiæ civitatis Estellæ liceat quæstuarie elemosynas, & oblationes etiam pecuniarias pro defunctis cum retentione Disci in ecclesia parochiali Sancti Joannis dictæ civitatis? & quatenus affirmative.

II. An id competat private etiam quoad Administratores Seculares dictæ parochialis ecclesiæ, in casu &c.

S. C. C. die 6. Maii 1741. respondit: *Ad I.* negative: *ad II.* provisum in primo, & amplius.

239 TARRACONEN. Ordinationis, in qua ad seq. dub.

An Coadjutores alicujus dignitatis, vel canonicatus cum futura successione, tam in casu, quo ipsis congrua portio, aut pensio per coadjutum assignetur ex fructibus præbendæ ejusdem dignitatis, vel canonicatus, quam in casu, quo congruam portionem sibi assignatam habeant ex propriis, vel alterius patrimonialibus bonis, donec per obitum Coadjuti fiat locus eorum successioni ad dictam dignitatem, seu canonicatum, licite possint ab Episcopo, in cujus diocesi sunt tituli ejusmodi beneficiorum residentialium, sine literis dimissorialibus Episcopi suæ originis, vel præcedentis domicilii, ad Ordines promoveri?

S. C. C. die 1. Julii 1741. respondit: *Coadjutoriam Canonicatus, vel Dignitatis sufficere, ut Coadjutor dicatur habere domicilium requisitum in constitutione Innocentii XII. incip. Speculatores.*

240 FULGINATEN. Jurisdictionis, in qua ad seq. dub.

I. An facultas data Canonico Goga tamquam Judici Conservatori procedendi per unam diætam ultra confinia diocesis Perusinæ sustineatur in casu &c. & quatenus negative.

II. An Breve confirmatorium deputationis comprehendat hujusmodi facultatem? & quatenus negative.

III. An sit locus relaxationi censurarum, in casu &c.

S. C. C. die 1. Julii 1741. respondit: *Ad 1. & 2.* negative *ad 3.* ad mentem, & amplius.

ROMANA, Fructuum canonicatus, in qua ad seq. dub.

I. An, & à quo tempore fructus canonicatus debeantur, in casu &c.

II. An rata dictorum fructuum percepta in primo anno sit restituenda, in casu &c.

S. C. C. die 22. Julii 1641. respondit: *Ad 1.* deberi à die captæ possessionis: *ad 2.* provisum in primo & amplius.

CELSONEN. in qua ad seq. dub.

I. An Communitas Presbyterorum, & Sodalitas defunctorum erectæ in ecclesia S. Eulaliæ Villæ Bergæ valeant absque licentia Ordinarii acceptare legata, aliaque pia relicta sub perpetuo onere missarum, anniversariorum, & similiarum?

II. An prædicta loca pia possint pariter absque licentia Ordinarii facere investimenta pecuniarum provenientium ex retrovenditione censuum in illis similibus censibus, & investmentis, & quatenus negative ad utrumque?

III. An idem Ordinarius teneatur dictam licentiam gratis, & absque ullo emolumento assertæ scripturæ, & asserti laboris Notarii, seu Cancellarii concedere, & sit statuendus terminus ad illam concedendam, in casu &c.

S. C. C. die 22. Julii 1741. respondit: *Ad 1. & 2.* negative: *ad 3.* affirmative *ad primam partem, & quo ad secundam statuendum esse terminum 20. dierum, & amplius.*

CAMERINEN. Utensilium, in qua ad seq. dub.

I. An Capellani, & alii Sacerdotes etiam Canonici celebrantes in ecclesia collegiata S. Mariæ Terræ Matelicæ pro adimplendis oneribus missarum propriis capellanis, vel sibi ipsis alio titulo, quam ratione canonicatus incumbentibus teneantur contribuere sacræ dictæ ecclesiæ pro sacris suppellectilibus? & quatenus affirmative.

II. Quænam taxa sit servanda, in casu &c.

S. C. C. die 9. Septembris 1741. respondit: *Ad 1.* affirmative: *ad 2.* servandam esse taxam juxta morem regionis.

SPOLETANA, Juris quæstuandi, in qua ad seq. d.

I. An liceat PP. S. Antonii Viennensis, eorumque Præsentatis, Commissariis, Quæstoribus, Affictuariis, Patentatis, aliisque ipsorum Ministris, seu Officialibus quæstuarie in terra, & territorio Hispelli, ceterisque locis diocesis Spoletanæ? & quatenus affirmative.

II. An id fieri possit absque licentia Ordinarii civitatis Spoleti?

III. An sit locus restitutioni elemosynarum, aliarumque oblationum perceptarum post præceptum Reverendissimi Episcopi, in casu &c.

S. C. C. die 23. Septembris 1731. respondit: *Ad 1.* negative: *ad 2.* provisum in primo: *ad 3.* affirmative.

VITERBIEN. in qua ad seq. dub.

I. An Confratres Orationis, & Mortis civitatis Viterbiæ quomodolibet intimati interesse teneantur processionibus Sanctiss. Rosarii tam in prima Dominica cujuslibet mensis, quam in prima Dominica Octobris?

2. An liceat dictæ Confraternitati Orationis, & Mortis levare cadavera quomodolibet mortuorum, sive in civitate, sive in navibus, sive in campestribus irrequisito Parocho?

3. An Confratres ejusdem confraternitatis requisiti à Parocho, ut eum associent ad levandum, & deferendum aliquod ex supradictis cadaveribus, ipsi accedere, & associare teneantur &c. & in casu renuentiæ.

4. An Parochus possit invitare unam ex aliis confraternitatibus?

5. An liceat eisdem Confratribus, ipsorum vexillum apponere in capite feretri præsentæ cruce Parochi, seu potius illud dimittere in ingressu, & in angulo Ecclesiæ?

6. An liceat Capellanis confraternitatum dictæ civitatis tam in processionibus per eam peragendis, quam in associatione cadaverum tumulandorum in eorum ecclesiis, quam in parochiali, seu aliis, deferre stollam præsentibus Parocho, vel Vice-Parocho?

7. An Parochus possit subrogare Vice-Parochum in associatione cadaverum tumulandorum sive infra, sive extra parochialem; & quatenus affirmative.

8. An ipso quomodolibet impedito faciendum sit funus supra dictis cadaveribus à Vice-Parocho cum solita participatione emolumentorum?

9. An sit observanda transactio approbata à clar. mem. Card. S. Cruce? & quatenus affirmative.

10. An in casu etiam alterius impedimenti Parochi præter expressa in primo Capitulo dictæ transactionis servanda sit eadem dispositio, & debeat Parochus rationem reddere confraternitati Orationis & Mortis de suo impedimento?

11. An liceat eidem confraternitati dirigere, & peragere processionem B. Virginis septem Dolorum extra ambitum suæ ecclesiæ, & liceat ejus Capellano benedicere populum irrequisito Parocho, num ipse intervenire, & benedicere velit, & quatenus Parochus intervenire nolit.

12. An saltem requiratur ejus licentia?

12. An benedictio populo impertienda cum Augustissimo Sacramento occasione illius expositionum faciendarum in ecclesia dictæ confraternitatis, volente Parocho, danda sit per ipsum, sive potius per Capellanum dictæ confraternitatis, in casu &c.

S. C. C. die 16. Decembris 1741. respondit: *Ad I.* affirmative: *quatenus invitentur per schedulam; ad II.* negative: *ad formam sententiæ Ordinarii; ad III.* affirmative *ad formam dictæ sententiæ; ad IV.* affirmative: *ad V.* negative *ad primam partem; ad VI.* affirmative: *ad 7. 8. 9. & 10.* servandam esse concordiam, & in casu intervenientis Parochi, deberi solita emolumenta: *ad II.* affirmative *de licentia Episcopi; ad 2.* satis provisum: *ad 13.* affirmative, *ad formam concordie.*

GADICEN. seu HISPALEN. Ordinationis, in qua ad seq. dub.

246 I. An Sacerdos Joseph Franciscus Zuniga potuerit à quocumque Antistite licite ordinari cum dimissoriis Magni Prioris Religionis Hierosolymitanæ regni Castellæ, seu Commendatoris de Acre, aut alterius Superioris Ordinarii dictæ Commendæ, vel potius illicite, ita ut incurreret suspensionem? & quatenus affirmative quo ad secundam partem.

II. An sit locus dispensationi ad cautelam, seu, an, & quomodo sit providendum, in casu, &c.

S. C. C. die 20. Januarii 1742. respondit: *Sacerdotem Zuniga fuisse illicite ordinatum, & incurrere suspensionem, ob non servatam formam Bullæ Speculatores ac proinde indigere absolute, & ad Episcopum Gadicensem pro facultate absolvendi ejus arbitrio.*

SABINEN. Jurium parochialium, in qua ad seq. dub.

247 An, & per quantum tempus, junctis interpolatis absentia vicibus, liceat Parocho quolibet anno abesse à parochia?

II. An pro tempore absentia teneatur relinquere substitutum?

III. An, & per quantum tempus, junctis interpolatis absentia vicibus, liceat Canonicis quolibet anno abesse à residentia?

IV. An pro tempore absentia teneantur relinquere substitutos?

V. An Parochus præsens, & non impeditus nec in aliis exercitiis parochialibus occupatus, debeat per seipsum exercere munia parochialia?

VI. An concurrente necessitate assistendi infirmo de tempore exercitiorum parochialium in ecclesia spectet ad Parochum assistentia præstanda infirmo, seu potius ad Canonicos?

VII. An in solemnitatibus incidentibus in die, quo spectat ad Canonicos jus canendi missam etiam solemnem, competat Parocho jus dictam missam canendi? & quatenus affirmative.

VIII. An sit præstanda Parocho eleemosyna, quæ competit Canonicis?

IX. An idem jus canendi missam etiam solemnem in aliis festis minus solemnibus, tam de præcepto, quam ex devotione cujuscumque in diebus spectantibus ad Canonicos spectet ad Parochum, & quatenus affirmative.

X. An eidem Parocho sit præstanda eleemosyna?

XI. An Parochus singulis diebus festis teneatur sacrificium applicare pro populo?

XII. An Canonicis subrogantibus alium Presbyterum in eorum locum jus competat Parocho celebrandi seu officandi in exclusionem dicti substituti? & quatenus affirmative.

XIII. An idem Parocho competat eleemosyna, seu emolumentum?

XIV. An sit facienda repartito officiorum, seu anniversariorum, quæ celebrantur per confraternitates, vel confratres, vel ex quæstuationibus, ita ut distribuantur æqualiter in diebus, quibus spectant ad Parochum, & Canonicus cantus missæ, seu potius competat Parocho ita ut celebrentur in suis diebus?

XV. An quando canenda est missa solemnem, vel minus solemnem pro defuncto præsentem cadavere in die festo etiam solemnem occurrente in diebus, quibus spectat ad Canonicos jus canendi missam, spectet ad Parochum canere dictam missam *de requiem* pro defuncto, & aliam solemnem, vel minus solemnem ad Canonicos? & quatenus affirmative.

XVI. An eidem Parocho, seu potius Canonico danda sit eleemosyna suprascriptæ missæ *de Requiem*, quando nulla adsit eleemosyna pro alia missa de Sancto in casu &c.

S. C. C. die 10. Martii 1742. respondit: *Ad I.* licere tantum juxta dispositionem Sac. Concilii Tridentini: *ad 2.* affirmative *arbitrio Eminentissimi Episcopi; ad 3.* servandam esse etiam quoad Canonicos dictam dispositionem Tridentini: *ad IV.* arbitrio Eminentissimi Episcopi: *ad V.* affirmative; *ad VI.* & reliqua ad Eminentissimum Episcopum cum facultatibus necessariis, & opportuniis etiam concordandi.

FIRMANA, Concionatoris, in qua ad seq. dub.

I. An Concionatores Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui per turnum eliguntur à Communitate in castro S. Angeli in Pontano, ultra benedictionem, teneantur etiam petere approbationem à Reverendissimo Archiepiscopo? & quatenus affirmative.

II. An dicti Concionatores teneantur se præsentare coram Vicario Foraneo locali, & docere tam de dicta approbatione, quam de benedictione?

III. An, & de quibus eleemosynis, quæ recipiuntur occasione concionum Adventus, & Quadragesimæ idem Vicarius Foraneus valeat exigere rationem, in casu &c.

S. C. C. die 21. Aprilis 1742. respondit: *Ad I.* Affirmative *in casu, de quo agitur; ad II.* affirmative; *ad III.* Vicarium Foraneum certiore fieri debere de eleemosynis, quæ colliguntur pro subsidio Terræ Sanctæ, Redemptionis Captivorum, hospitali, & suffragio Animarum purgantium tantum.

FERETRANA, Juris sepeliendi, in qua ad seq. dub.

I. An Vener. monasterio Monialium S. Claræ Terræ Maceratæ Feltriæ liceat sepelire in ejus ecclesia cadavera puellarum educationis causa ibidem commorantium, & in eodem monasterio decentium; & quatenus negative.

II. An sit restituendum Parocho ejusdem Terræ cadaver Annæ Bartoli educationis causa in dicto monasterio degentis, ibique defunctæ, & sepultæ, sive saltem facienda sit declaratio de ea retinenda nomine parochiæ?

III. An eidem Parocho restituenda sint una cum cera integra emolumenta funeris ejusdem Annæ Bartoli, in casu &c.

S. C. C. die 21. Aprilis 1742. respondit: *Ad I.* affirmative, *constitit de electione sepulture; Ad II.* negat. *Ad III.* deberi quartam funeralem tantum.

SPOLETANA in qua ad sequens dub.

250 I. An cadaver Baronis Francisci Mariæ de Pretis tumulatum in ecclesia Patrum Congregationis oratorii civitatis Spoleti sit restituendum, in casu &c.

II. An omnia emolumenta funeris dicti Baronis de Pretis sit restituenda, in casu &c.

S. C. C. die 21. Julii 1742. respondit; Negative ad utrumque, & amplius.

FIRMANA, Concionatoris, in qua ad seq. dub.

251 An quoad primum, & secundum dubium sit standum, vel recedendum à decisis, in casu &c.

S. C. C. die 11. Augusti 1742. respondit: In decisis, & amplius.

ALEXANEN. in qua ad seq. dub.

252 I. An Episcopus Alexani participare possit de massa communi Capituli ecclesiæ cathedralis; & quatenus affirmative.

II. An, & quæ onera ejusdem massæ idem Episcopus subire teneatur.

III. An sumtus litium, quæ prævia conclusione capitulari introducuntur, detrahi possint ex massa communi ante illius divisionem inter Capitulares: & quatenus affirmative.

IV. An portio Episcopi immunis esse debeat à sumtibus litium, quæ contra ipsum intentatæ fuerint; & quatenus affirmative.

V. An cogendum sit Capitulum ad reintegrandam partem Episcopi de expensis dictarum litium usque adhuc detractis ab eadem massa, in casu &c.

VI. An eleemosynæ pro missis cantatis defunctorum præsentem cadavere, & pro anniversariis adventitiis distribuendæ sint inter solos præsentem, vel potius ad instar distributionum quotidianarum, in casu &c.

VII. An, & quæ portio debeatur Episcopo de eisdem eleemosynis, etsi non intersit choro?

VIII. An Episcopus possit participare de emolumentis anniversariorum perpetuorum de præcepto testatorum Canonice præsentibus distribuendis, in casu &c.

IX. An edictum ab Episcopo latum, quo sub variis pœnis fuit interdicta anticipata missarum satisfactio, sustineatur, in casu &c.

X. An idem Episcopus possit sibimetipsi applicare multas, & quatenus negative.

XI. An Episcopus possit applicare easdem multas, fabricæ ecclesiæ, in casu &c.

XII. An constet de inobservantia Taxæ Innocentianæ in curia episcopali Alexani quoad collationem beneficiorum, & ordinum, & executionem dispensationum matrimonialium? & quatenus affirmative.

XIII. An, & in quas pœnas incurrerint Episcopus, ejusque officiales, in casu &c.

S. C. C. die 1. Septembris 1742. respondit; Ad I. affirmative: ad II. affirmative juxta solitum: ad III. negative quoad Massam communem destinata pro distributionibus: ad IV. videatur in casibus particularibus: ad V. ut ad quartum: ad VI. affirmative ad primam partem, & negative ad secundam: ad VII. & VIII. negative, ad IX. affirmative: ad X. negative: ad XI. Episcopus supplicet in casu indigentie: ad XII. & XIII. Episcopus sedulo invigilet, ut Taxa Innocentiana omnino servetur; & quoad præteritum consulat conscientie suæ.

TUDERTINA, Jurisdictionis, in qua ad seq. dub.

253 I. An Episcopus habeat jus visitandi ecclesiam Consolationis, tam in iis, quæ concernunt cultum divinum quam in iis, quæ respiciunt gubernium Œconomicum, ita ut Rectores, alique Administratores dictæ ecclesiæ teneantur eidem rationem reddere?

II. An idem Episcopus habeat jus visitandi hospitale dictæ ecclesiæ, & respective exigendi redditionem rationis ab illius Administratoribus?

III. An prædicti Rectores, & Administratores subiaceant Extravag. Ambrosæ, de Rebus eccles. non alien. quoad alienationes bonorum, tam non subjectorum, quam subjectorum oneribus missarum ex testatorum vo-

luntate, non obstante asserto privilegio? & quatenus affirmative.

IV. An alienationes hucusque factæ sine beneplacito Apostolico teneantur, in casu &c.

S. C. C. die 22. Septembris 1742. respondit: Ad I. affirmat. quoad ea quæ concernunt cultum divinum; in reliquis negative: ad II. ut in primo, reservato jure Episcopo incumbendi executioni piarum dispositionum: ad III. affirmative quoad bona subjecta oneribus missarum tantum: ad IV. provisum in tertio.

LYCIEN. Clausuræ, in qua ad seq. dub.

I. An Episcopus visitans clausuram Monialium Regularibus subjectarum ingredi possit cum pluviali & stola?

II. An Episcopo visitare volenti Clausuram dd. monasteriorum, Moniales teneantur erigere in ecclesia exteriori, vel interiori sedem cum baldachino, vel solummodo sufficiat illi stratum præparare in utraque ecclesia?

III. An Episcopum dd. monasteriorum clausuram visitare volentem teneantur Moniales omnes excipere procesionaliter cum cruce, & cantico Benedictus?

IV. An Prior Provincialis possit ad formam constitutionis Alexandri VII. clausuram interiorem visitare, septa monasteriorum Monialium suæ curæ subjectarum ingrediendo absque ulla licentia Episcopi? & quatenus affirmative.

V. An Episcopus saltem debeat certiorari de die, & hora talis visitationis, & à quo?

VI. An Prior Provincialis pro visitatione clausuræ interioris possit in Convisitatorem assumere patrem Vicarium earumdem Monialium, vel quemlibet alium fratrem sui Ordinis maturæ ætatis absque licentia Episcopi, vel ejus certioratione?

VII. An idem Provincialis visitationem personalem Monialium monasteriorum exemptorum sui Ordinis valeat facere ad crates tantum?

VIII. An idem Prior Provincialis ab Episcopo impeditus, ne talem visitationem ad crates faciat, eandem facere possit ad Confessionale, vel ad fenestrellam Sanctissimæ Communionis?

IX. An eandem visitationem alibi faciens, veluti ad Confessionale, vel ad fenestrellam Sanctissimæ Communionis, incidat in pœnas constit. Alex. VII.

X. An Episcopus directe, vel indirecte impediens talem visitationem incidat in pœnas constit. Clementinæ de Stat. Monachorum?

XI. An Prior Conventus S. Joannis de Aymo Ordinis Prædicatorum civitatis Lycien. & Vicarius Ordinaris dictorum monasteriorum absque licentia Episcopi locutorium ingredi possit, ibique cum suis Monialibus alloqui, an vero solummodo, quando sic exigat exacta administratio sui officii?

XII. An idem Pater Vicarius absque licentia Episcopi ingredi possit ad visitandas crates, ne Moniales, absque debita licentia clandestine Seculares, & Regulares alloquantur?

XIII. An Prior Provincialis, vel ejus Pater Vicarius dictorum monasteriorum, aut alius quicumque Religiosus absque licentia Episcopi possit in Confessionario extraordinario sedere, ibique Monialium Confessiones excipere?

XIV. An in Confessionario ordinario, vel extraordinario possit easdem Moniales exhortari, & audire?

XV. An Superior Regularis vestibus sacris indutus associando puellam habitu Ordinis initiandam, absque licentia Episcopi possit in atrio clausuræ (quoad omnibus patet) ingredi, ibique puellæ benedictionem dare, an vero sistere debeat in via publica ante januam clausuræ exterioris, & quatenus affirmative ad primam partem.

XVI. An hoc idem in habitu Ordinis agere possit in ingressu, & egressu puellæ tam educandæ, quam Ancillæ?

XVII. An salvo jure Episcopi una simul cum Superiore Regulari revidendi computa dd. monasteriorum

possit Superior Regularis absque licentia Episcopi locutorio interesse tempore, quo à Factore, (qui Procurator nuncupatur) coram Monialibus deputatis mensatim recitantur computa in libro majori reportanda?

XVIII. An in quibuscumque contractibus tam activis, quam passivis per Notarium in locutorio rogandis (salvo jure Episcopi tribuendi licentiam pro rogatione eorumdem) possit Superior Regularis interesse eisdem contractibus absque licentia Episcopi?

XIX. An in absentia Superioris Regularis Confessarius remaneat Vicarius dictorum monasteriorum?

S. C. C. die 22. Septembris 1742. respondit: *Ad 1. negative quoad pluviale, & affirmative quoad stolam: ad 2. sufficere præparationem strati: ad 3. teneri Moniales excipere Episcopum sine processione, cruce, & cantu: ad 4. affirmative semel tantum in anno ad formam ejusdem constitutionis: ad 5. Episcopum certiorandum esse per custodem clausuræ: ad 6. affirmative servata forma prædictæ constitutionis: ad 7. affirmative, & ab Episcopo non esse impediendum: ad 8. provisum in septimo: ad 9. affirmative; ad 10. recurrant in casibus particularibus; ad 11. affirmative in casu tantum, quo ita postulet exacta administratio officii: ad 12. affirmative: ad 13. & 14. negative: ad 15. affirmative ad primam partem, & negative ad secundam: ad 16. ut ad quintum decimum ad 17. & 18. & 19. affirmative, & amplius in omnibus.*

VITERBIEN. in qua ad seq. dub.

1. An Canonici secundæ, tertie, & quartæ erectionis veniant sub nomine Capituli; itaut una cum Archipresbytero, & Canonicis primæ erectionis unicum corpus constituent?

2. An Canonici secundæ, tertie, & quartæ erectionis debeant admitti ad participationem omnium emolumentorum, & distributionum provenientium ab exercitio curæ animarum, & à legatis piis tam missarum quam anniversariorum relictorum à testatoribus ante erectionem dictorum novorum Canoniorum, seu potius participare debeant de relictis tantum post novas erectiones? & quatenus negative ad primam partem.

3. An iidem Canonici novi teneantur interesse chorodum adimplentur onera perpetua spectantia ad antiquos tantum Canonicos?

4. An iidem Canonici novi participare debeant de legato anuo relicto Capitulo ab Olympia Padovani? & quatenus negative.

5. An teneantur interesse celebrationi missæ solemnibus, & aliarum Functionum, quæ ab eadem testatrice demandantur?

6. An, & ad quæ onera, & expensas Capituli concurrere debeant novi Canonici, in casu &c.

7. An ab Archipresbytero, & à quibusvis Canonicis debeatur media annata, in casu &c.

S. C. C. die 23. Decembris 1742. respondit: *Ad 1. affirmative: ad 2. negative ad primam partem, & affirmative ad secundam: ad 3. affirmative: ad 4. & 5. affirmative exceptis tantum oneribus, & expensis concernentibus exercitium curæ animarum, & legata: de quorum emolumentis non participant: ad 6. Dilata.*

ALEXANEN. Celebrationis missarum, in qua ad seq. dub.

256 An celebratio missarum adimplenda per Alexandrum Arcella, & Ignatium Seraphinum in ecclesia parochiali Tiliiani, sacerdotibus exteris eisdem benevisis committi valeat, in casu &c.

S. C. C. die 26. Januarii 1743. respondit: *Affirmative, soluta tamen eleemosyna, juxta decretum Episcopi & amplius.*

PAPIEN. in qua ad seq. dub.

1. An liceat Abbatibus Sanctissimi Salvatoris, & Sanctorum Spiritus, & Galli Ordinis Cassinensis admitti facere puellas in Capitulo Monialium monasteriorum SS. Mariæ, & Aureliani, & S. Mariæ Theodatæ pro acceptatione ad habitum, antequam exploretur ab Episcopo illarum voluntas, in casu &c.

2. An Abbates prædicti admittere possint easdem

puellas in præfatis monasteriis ad finem vestitionis, & ut in eis morentur in habitu seculari per mensem, vel ad aliud tempus, etiam pro probanda illarum vera vocatione, vel pro quacumque alia causa absque licentia Sedis Apostolicæ, in casu &c.

3. An Abbatibus prædictis liceat absque particulari licentia Episcopi in scriptis concedere licentias ingrediendi clausuram dictorum monasteriorum cuius personæ etiam necessario admittendæ, in casu &c.

4. Quot, & quas personas iidem Abbates secum assumere debeant occasione eorum ingressus intra septa dictorum monasteriorum pro explenda locali visitatione?

5. An dicti Abbates extra casum dictæ localis Visitationis possint ingredi septa monasteriorum? & quatenus affirmative.

6. Quot, & quas personas assumere teneantur in socios?

7. A quo, vel quibus personis associatus esse debeat Confessarius dd. Monialium in casibus administrandi Sacramenta Monialibus infirmis, & commendandi animas, in casu &c.

8. An exceptis dd. casibus administrationis Sacramentorum, & commendationis animarum possit dictus Confessarius ingredi intra septa dd. monasteriorum, in casu &c.

9. An Episcopus possit à Monialibus prædictis exquirere redditiones rationum, in casu &c.

10. An eisdem Monialibus liceat absque licentia Episcopi exponere solemniter in eorum ecclesiis SS. Sacramentum, in casu &c.

11. An Abbatissæ utriusque monasterii recipere teneantur à ministris curiæ episcopalis edicta, sive mandata, quorum executio à S. Sede specialiter delegatur Episcopo, in casu &c.

12. An Abbates prædicti, inconsulto Episcopo, possint concedere licentias tam secularibus, quam Regularibus ipsis benevisis, etiam sint propriæ Congregationis, accedendi ad Locutoria Monialium dd. monasteriorum? & quatenus affirmative.

13. In quibus tantum casibus concedere possint dictas licentias?

14. An Episcopus valeat suprascriptas licentias in casu transgressionis, vel abusus revocare, & transgressores quoscumque coercere, & quibus pœnis, in casu &c.

S. C. C. die 16. Martii 1743. respondit: *Ad 1. Negative: ad 2. Quoad admissionem causa educationis non posse absque licentia Sedis Apostolicæ, quoad reliquos vero casus non posse absque licentia Episcopi: ad 3. negative: ad 4. 5. 6. 7. & 8. servandam esse omnino in omnibus constitutionem Alexandri 7. incipiens Felici: ad 9. affirmative: ad 10. negative; ad 11. affirmative: ad 12. negative: ad 13. provisum in præcedenti: ad 14. affirmative juxta constitutiones Gregorii XV. & Alexandri VII. & amplius in omnibus.*

TARENTINA, Beneplaciti Apostolici, in qua ad seq. dub.

1. An locationes, seu concessiones bonorum, de quibus agitur, valide, & licite fieri possint absque beneplacito Apostolico ad vitam Canonicorum, & Portionariorum? & quatenus negative.

2. An consulendum sit Sanctissimo pro concessionem Brevis, seu Indulti locandi, vel concedendi dicta bona absque beneplacito Apostolico, & auctoritate Reverendissimi, Archiepiscopi, in casu &c. & quatenus negative ad utrumque.

3. An locus sit sanctioni locationum, seu concessionum jam factarum absque beneplacito Apostolico in casu &c.

4. An Canonici, & Portionarii collegiatæ ecclesiæ Terræ Cryptalearum, ob locationes, seu concessionem dictorum bonorum hætenus factas absque beneplacito Apostolico incurrerint pœnas Extrav. Ambitosæ, de rebus ecclesiæ non alien. & quatenus affirmative.

5. An, & quomodo sint absolvendi à dictis pœnis, in casu &c.

S. C. C. die 4. Maii 1743. respondit, *Prævia absolute ad cautelam pro gratia sanationis quo ad concessionem hæctenus factas: quo vero ad concessionem impostorum faciendas recurrant in casibus particularibus.*

- VIGLEVANEN. Funerum**, in qua ad seq. dub.
- 258 1. An constet de electione sepulturæ, ita ut sit locus exhumationis cadaveris, & transportationis ejusdem ad ecclesiam S. Bernardini, in casu &c.
2. Quæ emolumenta debeantur Præposito accedenti tam cum Clero, quam sine Clero pro associatione cadaverum ad d. ecclesiam S. Bernardini occasione electionis sepulturæ in eadem Ecclesia?
3. An occasione associationis dictorum cadaverum ad d. ecclesiam S. Bernardini, liceat Præposito accedenti tam cum Clero, quam sine Clero ingredi ejusdem januam cum stola, pluviali, & cruce elevata in casu &c.

S. C. C. die 18. Maii 1743. respondit: *Ad 1. negative: ad 2. Dilata, & proponatur auditis parochianis: ad 3. Dilata, & coadjuventur probationes super consuetudine.*

- FERETRANA, Concionatoris**, in qua ad seq. d.
- 259 1. An Concionatores etiam nominati per communitatem, tam tempore Adventus, quam Quadragesimæ, teneantur accipere approbationem, & literas ab Episcopo pro concionibus habendis? & quatenus affirmative.
2. An in hujusmodi literis patentibus fieri debeat mentio nominationis?
3. An Episcopus legitime instituerit processum ob omisas conciones tempore Adventus præteriti, illumque valeat prosegui usque ad terminationem, utendo censuris, aliisque Juris remediis, in casu &c.
4. An licite potuerit appellari ad Metropolitanum Urbini, & subtrineantur acta ab eo facta, in casu &c.
5. An sustineantur censuræ latæ contra Ubaldum Paulini, in casu &c.

S. C. C. die 3. Augusti 1743. respondit: *Ad 1. & 2. affirmative: ad 3. & 4. ad mentem: ad 5. negative, & amplius.*

- ALEXANEN. Funerum**, in qua ad seq. dub.
- 260 1. An electio sepulturæ facta à fratribus Pisano pro eorum familia in ecclesia fratrum Prædicatorum Terræ Tricasii sustineatur, ita ut omnia cadavera ejusdem familiæ, nulla alia facta electione sepulturæ, tumulanda sint in dicta ecclesia, soluta Parocho portione canonica de jure debita, in casu &c.
2. An constet de electione sepulturæ Leonardi Pisano in ecclesia parochiali dictæ Terræ, in casu &c. & quatenus negative.
3. An illius cadaver cum emolumentis funerum, soluta Parocho dicta portione canonica, restituendum sit ecclesiæ fratrum Prædicatorum, in casu &c.
4. An electio sepulturæ in dicta ecclesia Prædicatorum facta à Jacobo Minerva pro filio impubere sustineatur, ita ut cadavera dictorum impuberum sepulta in relata ecclesia cum emolumentis funerum restituenda sint ecclesiæ parochiali?
5. An electio sepulturæ facta ab Angelo Lezzi pro filia impubere in eadem ecclesia Prædicatorum sustineatur; ita ut illius cadaver sepultum in ecclesia parochiali sit restituendum dictæ ecclesiæ Prædicatorum?
6. An electio sepulturæ per actum publicum expleta die 23. Octobris 1729. in ecclesia Fratrum Prædicatorum per sodales oratorii SS. Rosarii in eodem actu contentos, illa ante obitum non revocata, sustineatur?
7. An electio sep. facta in eadem ecclesia per publicum instrumentum, seu alium actum ab aliis sodalibus dicti Oratorii in ipsorum respectu receptione, & ante obitum non revocata sustineatur, in casu &c.

S. C. C. die 3. Augusti 1743. respondit: *Ad 1. Negative: ad 2. affirmative: ad 3. Satis provisum in antecedentibus: ad 4. negative citra tamen exhumationem cadaverum: ad 5. negative: ad 6. negative: ad 7. negative, & amplius in omnibus præterquam quoad 6.*

UGENTINA, Ordinum, in qua ad seq. dub.

An Ordines Exorcistatus, & Acolythatus, modo, 261 quo supra, suscepti à Fratrem Bonaventura à Rufiano sint reiterandi, in casu &c.

S. C. C. die 3. Augusti 1743. respondit: *Prævia pœnitentia salutaris imponenda per Superiores Ordinis reiterandos esse sub conditione.*

FANEN. Procurationis, in qua ad seq. dub.

I. An omnes visitationi subjecti, & signanter con- 262 fraternitates, nec non beneficia simplicia, ac capellas perpetuas possidentes in castro Carticeto teneantur per contributum ad procurationem, in casu &c.

II. An Plebanus, qui sustinuit totum pondus procurationis in retroactis visitationibus, sit proportionally reintegrandus ab aliis visitatis, in casu &c.

S. C. C. die 24. Augusti 1743. respondit: *Ad 1. affirmative: ad 2. affirmative pro Procurationibus præstitis ab anno 1735. citra.*

VITERBIEN. Capellanæ, in qua ad seq. dub.

I. An attenda notabili diminutione hæreditatis fundatricis deveniri debeat ad erectionem capellanæ cum reductione oneris missarum, & in qua quantitate, & quomodo, in casu &c.

II. An pro expensis hujus litis, sint erogandi fructus interim decursi capitalis capellanæ adhuc non erectæ, in casu &c.

S. C. C. die 11. Januarii 1743. respondit: *Ad 1. affirmative ad rationem perpetuæ: ad 2. affirmative, & ad D. Secretarium pro taxatione.*

NULLIUS, seu NONANTULANA, Furium parochialium, in qua ad seq. dub.

1. An oratorium B. M. V. della Bevilacqua existens 264 intra limites ecclesiæ parochialis S. Jacobi dicendum sit oratorium publicum, vel privatum; & quatenus affirmative quoad primam partem.

2. An, & quibus diebus in d. oratorio liceat celebrare sacrum per ejus Capellanum, vel alios Sacerdotes?

3. An in solemnioribus festivitatibus B. M. V. & aliis diebus festis missa parochialis celebrari debeat hora competenti, ut post eam possint celebrari missæ in dicto oratorio?

4. An Capellano, & Rectori d. oratorii liceat conciones, seu exhortationes habere ad populum de licentia Eminentissimi Abbatis, etiam invito Parocho?

5. An benedictiones candelarum, cinerum, palmarum, & ovorum explere, nec non mulieres ad purificationem post partum recipere?

6. An in dicto oratorio liceat retinere Sedes Confessionales pro Confessionibus audiendis?

7. An liceat Capellano prædicto Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum ministrare tam inter missarum celebrationes, quam intervallo missarum?

8. An retinere valeat tabernaculum in altari pro asservando Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento dumtaxat de mane, & post missarum celebrationes tabernaculum apertum, & vacuum retinere?

9. An dicto Capellano, seu Rectori liceat capsulas habere in parietibus oratorii pro eleemosynis recipiendis, vel quæstus peragere per seipsum, & per alios?

10. An oblationes, & eleemosynæ, quæ fiunt in dicto oratorio, erogandæ sint in beneficium ejusdem oratorii, vel potius debeantur Parocho S. Jacobi.

11. An administratio earumde. n spectet ad Capellanum dicti oratorii, seu potius ad Parochum?

12. An de oblationibus prædictis sive per Capellanum, sive per Parochum reddenda sit ratio Ordinario?

13. An in dicto oratorio retineri valeat campanile cum campanis eo modo, quo ad præsens reperitur?

S. C. C. die 28. Junii 1744. respondit: *Ad 1. affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam, & amplius: ad 2. affirmative, exceptis tantum tribus diebus majoris hebdomadæ, & amplius: ad 3. affirmative hora determinata ab Eminentissimo Abbate, & amplius: ad 4. affirmative, & amplius: ad 5. negative in casu, de quo agitur: ad 6. negative, nisi de licen-*

centia Eminentissimi Abbatis : ad 7. affirmative inter missarum celebrationem , excepta die paschalis , & Communionem Paschali , & amplius : ad 8. negative , & amplius : ad 9. affirmative de licentia Ordinarii : ad 10. affirmative quoad primam partem , & negative quoad secundam & amplius : ad 11. affirmative quoad primam partem , negative quoad secundam : ad 12. affirmative , & amplius : ad 13. affirmative , & amplius.

VIGLEVANEN. Funerum , in qua ad seq. dub.

I. An sit standum , vel recedendum à decisis quoad electionem sepulturæ , & exhumationem cadaveris , in casu &c.

II. Quæ emolumenta debeantur Præposito accedenti tam cum Clero , quam sine Clero pro associatione cadaverum ad ecclesiam S. Bernardini , occasione electionis sepulturæ in eadem ecclesia ?

III. An occasione associationis dictorum cadaverum ad dict. ecclesiam S. Bernardini liceat Præposito accedenti tam cum Clero , quam sine Clero ingredi ejusdem januam cum stola , pluviali , & cruce elevata , in casu &c.

S. C. C. die 28. Junii 1744. respondit : Ad 1. In decisis , & amplius : ad 2. deberi juxta solitum excepto emolumento pluvialis : ad 3. affirmative.

FIRMANA , Funerum , in qua ad seq. dub.

An liceat parochis civitatis Firmi occasione tumulationis cadaverum in ecclesia patrum de Observantia exigere cereum , seu intortitum , tam in die funeris , quam in diebus sequentibus , & in die anniversarii , in casu &c.

S. C. C. die 8. Julii 1744. respondit : affirmative quoad diem funeris , & duos sequentes. Quo vero ad Anniversarium coadjuventur probationes.

HORTANA , in qua ad seq. dub.

I. An Canonicus Parochus ecclesiæ cathedralis Hortanæ teneatur applicare missam pro populo omnibus diebus festis , vel potius sufficiat missa conventualis , quæ à Capitulo per turnum quotidie applicata fuit , & applicatur pro populo ; & quatenus affirmative quoad primam partem , & negative quoad secundam ?

II. An Capitulum ultra missam conventualem teneatur per turnum omnibus diebus festis applicare aliam missam pro populo ? & quatenus negative.

III. An Capitulum teneatur præstare Canonico Parocho eleemosynam pro applicatione missæ pro populo ?

IV. An Canonicus Parochus teneatur singulis diebus festis sermonem habere ad populum post lectum in missa evangelium , vel potius servanda sit consuetudo explicandi evangelium post doctrinam christianam haberi solitam à Parocho in ecclesia cathedrali ?

V. An servanda sit consuetudo intermittendi doctrinam christianam mense Octobris , & mense Decembris usque ad die 13. Januarii , aliisque diebus impeditis , in casu &c.

S. C. C. die 8. Augusti 1744. respondit : Ad 1. affirmative ad primam partem , & negative ad secundam : ad 2. Provisum in primo : ad 3. dilata ; ad 4. affirmative ad primam partem , & negative ad secundam : ad 5. negative.

HORTANA , in qua ad seq. dub.

III. An Capitulum teneatur præstare Canonico Parocho eleemosynam pro applicatione missæ pro populo ?

Et an sit standum , vel recedendum à decisis quoad 1. 2. 4. & 5.

S. C. C. die 29. Augusti 1744. respondit : Ad 3. affirmative , in reliquis in decisis.

CASTRI MARIS , Primiceriatus , in qua ad seq. d.

An liceat moderno Canonico Theologo ecclesiæ cathedralis castri Maris assequi , & simul retinere dignitatem Primiceriatus cum asserta præbenda de Jure patronatus ejusdem Capituli , in casu &c.

S. C. C. die 19. Septembris 1744. respondit : negative.

FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. X.

LUCANA , in qua ad seq. dub.

I. An satisfecerit Orator oneribus beneficii , de quo agit agitur celebrando duas missas qualibet hebdomada , & peragendo festum SS. Fabiani , & Sebastiani quolibet anno , pro ut anniversarium die sequenti , in casu &c. & quatenus negative.

II. An excusari promereatur Orator attenda ejus bona fide , in casu &c.

III. An , & ad quæ onera teneatur in futurum , in casu &c.

S. C. C. die 21. Novembris 1744. respondit : Ad 1. affirmative : ad 2. Provisum in primo : ad 3. Servari solitum.

HORTANA , in qua ad sequens dub.

An sit standum , vel recedendum à decisis quoad 3. dubium in casu &c.

S. C. C. die 19. Decembris 1744. respondit : Prævio recessu à decisis negative.

SALAMANTINA , Erektionis , in qua ad seq. dub.

I. An Patres Minores de Observantia Ordinis S. Francisci habeant facultatem erigendi Tertium Ordinem nuncupatum de Pœnitentia ejusdem Ordinis S. Francisci private quoad Patres Minores Excalceatos dicti Ordinis S. Francisci , in casu &c.

II. An sit supprimendus Tertius Ordo nuncupatus de Pœnitentia S. Francisci erectus à Patribus Minoribus Excalceatis Ordinis S. Francisci in Villa de Penaranda , in casu &c.

III. An Tertius Ordo in eadem villa erectus à Patribus Minoribus de Observantia Ordinis S. Francisci sit supprimendus , in casu &c.

S. C. C. die 20. Martii 1745. respondit : Ad 1. negative , & amplius : ad 2. negative , & amplius : ad 3. negative.

CIVITATEN. Indulti , in qua ad sequens dub.

An Coadjutores ecclesiæ cathedralis Civitaten. gaudere valeant Indulto vacationis quinquaginta dierum recreationis causa , eo non utentibus Coadjutis , in casu &c.

S. C. C. die 3. Aprilis 1745. respondit ; Affirmative.

RAVENNATEN. Altaris , in qua ad seq. dub.

I. An cessio domini , & proprietatis altaris sustineatur , in casu &c.

II. An , & quomodo dictum altare visitari possit ab Ordinario , in casu &c.

S. C. C. die 29. Maii 1745. respondit : Ad 1. affirmative quoad usum & possessionem per modum reintegrationis , & amplius : ad 2. affirmative juxta solitum , & amplius.

ALEXANDRINA , Funerum , in qua ad seq. dub.

I. An liceat Priori vocare ad funera Sacerdotes sibi benevisos , seu potius sit servanda conventio inita sub die 25. Septembris 1740. in casu &c. Et quatenus affirmative ad secundam partem.

II. An cerea gestatoria libere pertineat ad Capellanos , seu potius liceat Priori modum sibi benevisum statuere , concordando cum Capellanis , in casu &c.

III. An decretum Vicarii Generalis Alexandriæ sit servandum , in casu &c.

S. C. C. die 28. Augusti 1745. respondit : Ad 1. negative quoad primam partem , affirmative quoad secundam : ad 2. Partes deveniant ad conventionem juxta concordiam , & interim servetur solitum ; ad 3. Provisum in præcedentibus.

AMERINA , Missæ Conventualis , in qua ad seq. d.

An Capitulum , & Canonici collegiæ Luniani teneantur celebrare , & respective applicare missam conventualem ; & quibus diebus , in casu &c.

S. C. C. die 12. Martii 1746. respondit. Teneri quotidie , sed attentis peculiaribus facti circumstantiis indulgendum esse pro applicatione omnibus diebus festis de præcepto tantum.

WORMATIEN. Jurisdictionis , in qua ad seq. dub.

I. An Eminentissimus Ordinarius Wormatiensis ,

seu ejusdem Vicarius possit inhibere Regularibus Abbatia Ebarbacensis Ordinis Cisterciensis, ne sine pravia ejus approbatione excipiant Confessiones Monialium monasterii Marien-Munster ejusdem Ordinis?

2. An Eminentissimo Ordinario competat jus interessendi, & præsidentis electionibus Abbatissarum d. monasterii?

3. An liceat eidem Eminentissimo Ordinario petere rationem administrationis bonorum ipsiusmet monasterii?

4. An eidem Eminentissimo Ordinario competat jus explorandi voluntatem puellarum admittendarum, tam ad habitum, quam ad professionem in dicto monasterio? & *quatenus* affirmative.

5. An occasione dictæ interessentiæ redditionis rationis, & explorationis, teneatur monasterium ad aliquam expensam pro Ministris curiæ episcopalis Wormatiens. sive ex quocumque alio titulo?

6. An præfati Regulares, & Moniales cogi possint per multas pecuniarias in casibus prædictis?

7. An licita fuerit exactio centum Imperialium facta à Reverendissimo Vicario Wormatiensi, seu potius teneatur dictam summam monasterio Marien-Munster restituere, & omnia damna reficere, in casu &c.

S. C. C. die 9. Julii 1746. respondit: *Ad* 1. 2. 3. & 4. affirmative: *ad* 5. negative: *ad* 6. affirmative: *ad* 7. affirmative *ad primam partem*, & negative *ad secundam*.

WORMATIEN. *Jurisdictionis*, in qua reposita causa ad supradicta, & sequentia nova dubia.

1. An sit standum, vel recedendum à decisis sub die 9. Julii anni currentis 1746. & *quatenus* affirmative *ad primam partem*.

2. An posita facultate per constitutionem Gregorianam Episcopis concessa interessendi, & præsidentis electionibus Abbatissarum per se, vel per alium, liceat Eminentissimo Ordinario Wormatiensi interesse & præsidere per plures Commissarios ab ipso deputatos?

3. An ad actum electionis conscribendum admitti etiam debeat Notarius, vel Cancellarius curiæ episcopalis Wormatiens. vel potius P. Secretarius Abbatis Regularis tantum?

4. An completa canonica electione, liceat eidem Eminentissimo Ordinario, vel ejus Vicegerenti nec electam installare, eique possessionem dignitatis, & officii Abbatissalis tradere?

5. An ipsi Eminentissimo Ordinario competat jus Abbatissas electas confirmandi?

6. An eidem Eminentissimo Ordinario jus competat denunciandi, & determinandi diem electionis faciendæ, seu potius Reverendissimo Abbati Ebarbacensi? & *quatenus* negative *quoad primam partem*, & affirmative *quoad secundam partem*.

7. An elapsa die præfinita, & nemine ex parte Eminentiss. Ordinarii comparente, liceat Reverend. Abbati Ebarbacensi ad electionem procedere, in casu &c.

8. An post mortem Abbatissæ liceat Reverendissimo Ordinario claudere, proprioque sigillo obsignare cubacula Abbatialia, atque de substantia monasterii Inventarium conficere, in casu &c.

S. C. C. die 17. Septembris 1746. respondit: *Ad* 1. 2. 3. 4. & 5. *In decisis*, & *amplius*: *ad* 6. & 7. *ad mentem*: *ad* 2. negative, *ad* 3. negative *quoad primam partem*, & affirmative *quoad secundam*: *ad* 4. & 5. negative: *ad* 6. negative *ad primam partem*: affirmative *ad secundam*: *ad* 7. affirmative: *ad* 8. negative.

FRISINGEN. in qua ad seq. dub.

1. An Abbates monasterii Sanctorum Petri, & Pauli Vejaren. primam Tonsuram, & Minores Ordines suis subditis Regularibus conferre valeant? & *quatenus* affirmative.

2. An hujusmodi facultas competat antedictis Abbatibus absque benedictione episcopali, in casu &c.

S. C. C. die 17. Septembris 1746. respondit: *Ad* 1. negative, & *amplius*: *ad* 2. *provisum in primo*.

UXENTINA, *Celebrationis missarum*, in qua tria dubia in disputationem veniunt.

I. An celebratio missarum relictarum à Josepho Russo, Archidiacono Gaballo, & Joanne Dattilo in altari Sanctissimæ Trinitatis, & Beatissimæ Virginis erecto in ecclesia PP. de Observantia Sancti Francisci civitatis Uxenti private spectet ad dictos Patres: Vel potius sit in arbitrio Annæ Mariæ Gaballo alios deputare Sacerdotes? & *quatenus* negative *quoad primam partem*, & affirmative *quoad secundam*.

II. An dicti Regulares teneantur patientiam præstare, ut in eorum ecclesia Sacerdotes Seculares missas relictas celebrent; & *quatenus* negative.

III. An onera earundem missarum sint transferenda ad aliam ecclesiam?

S. C. C. die 13. Januarii 1748. respondit: *Ad* 1. affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam in actu de quo agitur*, excepto legato Archidiaconi Gaballo. *Ad* 2. *teneri quoad Legatum Archidiaconi Gaballo solutis utensilibus*, & *non attentâ reductione*; *In reliquis provisum in primo*. *Ad* 3. negative.

UXENTINA, *Legati*, cujus dubia sunt.

I. An Maria Gaballo teneatur celebrare facere missas, de quibus agitur, pro anima Victorix de Montibus? & *quatenus* affirmative.

II. An sit in arbitrio dictæ Annæ Mariæ committere illarum celebrationem Sacerdoti Seculari sibi beneviso, in casu &c.

S. C. C. die 13. Januarii 1748. respondit: *Ad* 1. affirmative. *Ad* 2. negative.

ARIMINEN. Cujus XIV. sunt dubia.

1. An Episcopo Ariminen. non obstante asserto Bre. vi san. memor. Innocentii VIII. competat Jus visitandi monasterium, & Moniales S. Sebastiani quoad clausuram, & explendi alia, de quibus in constitutione *Inscrutabili*, san. mem. Gregor. XV. in casu &c. & *quatenus* affirmative.

2. An Episcopus Ariminen. visitaturus clausuram RR. Monialium monasterii S. Sebastiani civitatis Arimini Canonicis Regul. subjecti, possit ipsas cogere ad subeundum onus visitationis personalis ad crates collocatorii circa ea, quæ pertinent ad clausuram, in casu &c.

3. An Episcopus in concernentibus clausuræ custodiam possit visitare nedum crates, & mœnia exteriora monasterii prædictarum Monialium, sed etiam chorum interiorem, dormitorium, cellas omnes inferiores, & superiores, aliaque loca, in casu &c.

4. An, & quando puniendæ sint Moniales, vel alii resistentes d. visitationi, aut eam impediens, in casu &c.

5. An Episcopus ejusdem monasterii clausuram visitaturus possit ingredi stola indutus?

6. An teneantur Episcopo ut supra visitanti stratum cum pulvinari parare in ecclesia interiori, & exteriori in casu &c.

7. An, & à quibus Episcopo accedenti pro eadem visitatione debeantur in ingressu, & egressu ab ecclesia honorificentia, & præminentia, actus reverentiales, & associatio, in casu &c.

8. An Episcopus possit solus cum suis Convisitatoribus ingredi, & visitare clausuram dictarum Monialium absque interventu P. Abbatis, & Confessarii earundem, sive aliarum Regularium ejusdem Ordinis, & in casu &c.

9. An idem Episcopus possit exigere rationem administrationis bonorum prædictarum Monialium ad formam Bullæ san. mem. Gregorii XV. *incip. Inscrutabili*: non obstante prætenso ejus non usu; Et, an pro hujusmodi effectu debeant asportari libri administrationis, aliæque scripturæ pro rationum revisione necessariæ ad ejus palatium episcopate, vel potius computa revideri debeant ad crates monasterii, in casu &c. & *quatenus* affirmative.

10. An in eadem redditione rationis intervenire debeant Abbas dicti monasterii, aliique Regulares ejus Ordinis, in casu &c.

11. An prædictis Canonicis Regularibus in illorum

comitiis, aut capitulis liceat ultra Confessarium Ordinarium deputare alium Vice-Confessarium ad annum, vel ad aliud certum tempus pro administrando Pœnitentiæ Sacramento eisdem Monialibus, quoties ob absentiam, vel infirmitatem Confessarii Ordinarii, vel aliam justam causam ita expedire videatur, in casu &c.

12. An hujusmodi Vice-Confessarius debeat pro qualibet vice intra tempus suæ deputationis occurrente approbari ab Episcopo, vel potius sufficiat eum semel ab initio approbari, in casu &c.

13. An idem Vice-Confessarius possit etiam ab Abbate, aut ab eorundem Canonorum Regularium Capitulis deputari in Confessarium extraordinarium prædictarum Monialium ad formam Sac. Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 10. de Regular.

14. An pro exercendo munere Confessarii extraordinarii sufficiat pariter quempiam idoneum à Superioribus Regularibus deputari, & ab Episcopo approbari semel per annum, vel potius requiratur approbatio Episcopi pro qualibet vice infra annum occurrente, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 27. Januarii 1748. respondit: Ad 1. & 2. affirmative, & amplius: ad 3. affirmative: ad 4. affirmative congruis Juris remediis: ad 5. & 6. affirmative: ad 7. affirmative quoad Confessarium, Officiales, aliosque Ministros monasterii: ad 8. affirmative: ad 9. affirmative ad primam & secundam partem, negative ad tertiam: ad 10. affirmative, & quatenus Abbas opportune monitus non comparuerit, sive per se, sive per alium Regularem, revisionem fieri posse à solo Episcopo: ad 11. & 12. affirmative cum approbatione Episcopi, ac certiorato Episcopo in casu impedimenti, & cum ejusdem licentia: ad 13. negative: ad 14. negative ad primam partem, & affirmative ad secundam, & amplius in omnibus.

BURGI SANCTI SEPULCRI, Reductionis Onere missarum.

284 Cosmus Rigijs capellam fundavit in eccl. PP. Observantium Burgi Sancti Sepulcri, eamque dotavit scutis 105. in juncto hæredibus onere solvendi scuta 12. 60. singulis annis pro sacris nonnullis à PP. peragentibus. Auctum fuit onus ab Alexandro, & Antonio Rigijs Cosmi hæredibus, illudque impositum FF. quibus cesserunt hortum cum ædicula pro Sacrario construendo, solveruntque certam pecuniæ quantitatem, qua organum fuit constructum. PP. publico instrumento sese variis oneribus contra Franciscani instituti præscriptum obstruxerunt, data etiam fide de numquam procuranda reductione. Conventis steterè FF. ad annum usque 1724. quo Benedicti XIII. indulto, & Ministri Generalis præcepto factæ fuerunt in universo Ordine reductiones, præsertim onerum illorum, quæ altissimæ paupertati Franciscanæ adversabantur; atque omnes missas ad rationem manualis, quam dicunt eleemosynæ redactæ fuerunt. Qua de causa Dominicus Rigijs hæres Cosmi, Alexandri, & Antonii recursum habuit ad Sac. C. C. proposito dubio: *An reductio, de qua agitur, sustineatur in casu?* Ead. S. C. C. die 10. Februarii 1748. respondit: *Dilata ad sequentem.* Et reposita causa die 16. Martii 1748. sub eodem dubio, non fuit resoluta. At tandem reposita 30. Martii ejusdem anni 1748. sub eodem dubio: *An reductio, de qua agitur, sustineatur in casu?* Ead. Sac. Congreg. respondit. Affirmative.

285 COMEN. Functionum, in qua ad sequentia dubia.

1. An in festo titulari ecclesiæ, de qua agitur, aliisque festis missæ decantari valeant independenter à Parocho?

2. An Ven. Sacramentum exponi possit in dicta ecclesia, sola impetrata licentia Episcopi, independenter ab eodem Parocho?

3. An in suprascripta eccles. per Sacerdotes ab Ordinario approbatos excipi valeant quocumque tempore Sacramentales fidelium Confessiones independenter à dicto Parocho?

4. An independenter à Parocho extra tempus paschale administrari possit in eadem ecclesia Ven. Eucharistiæ Sacramentum?

5. An ibidem de licentia Episcopi, & independenter à Parocho haberi possint panegyricæ conciones?

6. An anniversaria, & officia pro def. ad libitum celebrari valeant independenter à Parocho in eadem ecclesia.

7. An, & cui competat jus peragendi exequias, & officium funebre semper cadaveribus, quæ tumulantur in sepulcro dictæ ecclesiæ.

Sacra Cong. Conc. die 16. Maii 1749. respondit: Ad 1. negative: ad 2. affirmative: ad 3. negative: ad 4. negative præterquam in actu celebrationis missarum: ad 5. & 6. affirmative: ad 7. Competere Parocho,

URBANEN. Clausuræ, in qua ad dubium.

An atrium, de quo agitur, sit extra clausuram 286 Conventus S. Francisci (Conventualium) civitatis Urbanæ, itaut servanda sit prætensa consuetudo immemorabilis super illius libertate, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 18. Aprilis 1750. respondit: negative & amplius.

ALBINGAN. Processionis, & nullitatis Interdicti, in qua ad seq. dub.

I. An Patres Dominicani, & Patres Capuccini Tabiæ teneantur intervenire ad processionem fieri solitam occasione primi ingressus Episcopi? & quatenus affirmative.

II. An interdictum sustineatur, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 10. Julii 1750. respondit: Ad 1. affirmative prævia intimatione faciendâ nomine Episcopi: ad 2. negative, & amplius in omnibus.

TRANEN. Juris funerandi, & processionis, in qua ad sequent. dub.

1. An Patres Carmelitæ Civitatis Trani occasione 288 associationis cadaverum defunctorum sepeliendorum in eorum ecclesia, teneantur ire ad levandum Archipresbyterum curatum ab ecclesia cathedrali unica parochiali, in casu &c. & quatenus affirmative.

2. An liceat nonnullis ex iisdem Patribus non intervenientibus, una cum aliis in ecclesia cathedrali, se immiscere per viam, aut in domo defuncti una cum aliis Regularibus jam processionaliter incedentibus?

3. An post indictam ab Archipresbytero horam pro levandis cadaveribus ab eorum respective domibus, elapsa hora expectationis in d. ecclesia cathedrali, liceat PP. levare cadavera, illaque deferre ad eorum ecclesiam tumultantem absque interventu Archipresbyteri, in casu &c.

4. An Archipresbyt. associando cadavera defunctorum in ecclesia Patrum, iisque intervenientibus, teneatur incedere sub eorum cruce, seu potius dicti Regulares teneantur incedere sub cruce ecclesiæ cathedralis unice parochialis, in casu &c. & quatenus affirmative quoad secundam partem.

5. An Archipresbyter ingredi possit ecclesiam Patrum cum cruce, & stola, & super cadaveribus ibidem tumulandis officium peragere, in casu &c.

6. An dum dicitur processio funeris per viam una cum cadavere ad ecclesiam tumultantem dictorum Regularium, præter præintonationem antiphonæ, fieri etiam debeat præintonatio Psalmorum ab Archipresbytero curato, seu potius à dictis Regularibus, in casu &c.

7. An Capitulum d. ecclesiæ cathedralis unice parochialis invitatum ad associationem cadaverum sepeliendorum in ecclesia dd. Regularium possint illam ingredi cum cruce propria, & stola, ibique officia, aliasque funebres functiones super cadaveribus absolvere, in casu &c.

8. An, & de quibus intortitiis, & candelis, aliisque juribus, & oblationibus funeralibus debeat ecclesiæ cathedrali unice Parochiali, vel Archipresbytero quarta funeralis occasione tumulationis cadaverum in dicta ecclesia Regularium, in casu &c.

9. An iisdem Patribus liceat extra proprium claustrum, & districtum per loca consueta civitatis facere solemnem processionem B. M. V. de Monte Carmelo cum ejusdem simulacro in die ejus festivitatis petita licentia ab Archiepiscopo, aut Archipresbytero Curato, etiam non obtenta, in casu &c. & *quatenus* affirmative.

10. An sit servandum edictum Reverendissimi Archiepiscopi die 10. Julii 1749. seu potius liceat dictis Patribus invitare ad eandem processionem confraternitates laicales degentes extra septa monasterii legitime institutas, nec non devotos seculares processionaliter incedentes cum cereis accensis sub cruce eorundem Patrum, in casu &c.

11. An Patres Carmelitæ contravererint eidem edicto emanato, de anno 1749. & *quatenus* affirmative, quibus poenis sint puniendi, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 21. Novembris 1750. respondit: *Ad* 1. affirmative, & *amplius*: *ad* 2. negative, & *amplius*: *ad* 3. affirmative, & *amplius*: *ad* 4. & 5. videatur particulariter: *ad* 6. affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam*, & *amplius*: *ad* 7. affirmative, & *amplius*: *ad* 8. *deberi de omnibus cereis pertinentibus ad ecclesiam tumultantem*, & *amplius*: *ad* 9. *licentiam esse petendam ab Archiepiscopo, cui scribatur juxta mentem*, & *amplius*: *ad* 10. *ad mentem*, & *scribatur Archiepiscopo juxta Instructionem*: *ad* 11. *Patres Paganum*, & *Penullum teneri ad petendam veniam ab Archiepiscopo*.

COMEN. Funerum, & functionum conventualium, in qua ad seq. dub.

289 1. An Archipresbyter, & omnes Presbyteri Capituli Cleri seculari Dungi associando cadavera ad ecclesiam PP. Reformatorum teneantur incedere sub illorum cruce, seu potius iidem Reformati sub cruce dicti Cleri, vel ambo valeant propriam crucem elevare?

2. An in eadem associatione liceat dictis Archipresbytero, & Presbyteris Cleri secularis ingredi dictam ecclesiam PP. Reformatorum cum stola, & cruce elevata, seu potius teneantur ad ejusdem ecclesiae fores sistere, ubique ultimum vale defuncto dare?

3. An eidem associationi debeant invitari tot Presbyteri seculares, quot vocantur Regulares, vel potius invitato tantum Parocho actuali, debeat in reliquis ipsorum funerum pompa ab hæredum arbitrio pendere?

4. An quotiescumque promiscue invitantur Presbyteri seculares, & Regulares, candela, quæ manualiter gestatur, danda Presbyteris secularibus debeat esse major illa, quæ datur Regularibus, vel potius æqualis ponderis, & arbitrio hæredum?

5. An Patres Reformati eidem associationi invitati teneantur accedere ad lavandum Parochum ab ecclesia parochiali; seu potius debeat dictus Parochus pro hujusmodi effectu se conferre privatim ad domum defuncti juxta prætensam consuetudinem?

6. An cadavera eligentium sepeliri cum habitu S. Francisci Patrum Reformatorum debeant patenter discooperta, ad ecclesiam, & locum sepulturæ deferri, vel potius super iisdem cadaveribus imponendum sit solitum pallium, & tegumentum mortuorum?

7. An sit solvenda quarta funeralis sepeliendorum in ecclesia Patrum Reformatorum, & de quibus candelis?

8. An Archipresbit. & Presbyteri Cleri secularis Dungi prohibere possint Patribus Reformatis celebrare missas, aliasque conventuales functiones etiam cum præventivo campanarum sonitu peragere ante, vel in actu celebrationis missæ parochialis, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 19. Decemb. 1759. respondit: *Ad* 1. negative *ad primam*, & *tertiam partem*, affirmative *ad secundam interveniente Capitulo*: *ad* 2. affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam*, & *amplius*: *ad* 3. & 4. *arbitrio hæredum*, & *amplius*: *ad* 5. affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam*: *ad* 6. affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam*: *ad* 7. affirmative *ad formam constitutionis Benedictine*, & *amplius*: *ad* 8. negative.

CONVERSANA, Jurisdictionis, in qua ad seq. dub.

1. An in monasterio Monialium Carmelitarum Putignani electio Abbatisse fieri valeat sine præsentia Episcopi Conversani, sive ejus delegati? & *quatenus* affirmative.

2. An illa aliter facta sine hujusmodi præsentia, dum Episcopus declaravit juxta Bullam *Inscrutabili* præsidere velle, sit nulla, itaut ad novam electionem procedi valeat?

3. An munus Priorissæ in Moniales juxta antianitatis ordinem, & sine ullo meritorum defectu ibi conferri debeat; sive potius Monialium suffragia in alias etiam non antianas juxta qualitates, & merita libere dari valeant?

4. Ab Superior, seu Commissarius dicti monasterii per P. Generalem Ordinis ad triennium eligi solitus, possit per idem tempus in Confessarium Ordinarium Monialium nominari, vel saltem P. Generalis valeat alium nominare in Confessarium ordinarium?

5. An Episcopus sub censuris prohibere valeat Superiori Regulari dicti monasterii, & Confessariis ordinario, & extraordinario, ne extra propria respectiva munera cum Monialibus alloquantur?

6. An possit Episcopus pro clausuræ custodia Presbyterum secularem deputare, qui claves monasterii retineat? Sive potius illæ per Confessarium Regularem sint retinendæ?

7. An Superiori, seu Commissario monasterii sine censurarum incursu licitum sit etiam cum juxta, & legitima causa clausuram ingredi absque licentia Episcopi, vel ejus delegati?

8. An licentiæ concessæ pro Medicis, & aliis, qui ex necessitate in clausuram ingrediuntur, private dari debeant à Commissario monasterii, sive cumulative, etiam ab Episcopo?

9. An hujusmodi licentiæ pro Medicorum, aliorumque ingressu absolute, vel ad limitatum tempus sint concedendæ?

10. An ad alloquendum cum monialibus concessio licentiæ Secularibus, ac aliis quibuscumque private quoad Episcopum pertineat ad Superiorem monasterii sive potius cumulative ad dictum Superiorem, & Episcopum, vel ejus Delegatum?

11. An Episcopus sub censurarum poena prohibere possit tam Priori Conventus Carmelitarum existentem in Terra Putignani, quam aliis quibuscumque Religiosis ejusdem Ordinis, ne sine ejus Vicarii licentia in scriptis cum Monialibus alloquantur?

12. An Episcopus prohibere valeat dictis Superiori, & Religiosis Conventus, ne sine ejus licentia missam in ecclesia Monialium celebrent, & in casu contraventionis procedere possit contra ipsos ad aliquam poenam?

13. An ad crates ecclesiae, seu collocutorii, aut alibi liceat Commissario monasterii sermonem, aut conciones habere ad Moniales sine Episcopi licentia?

14. An ordines prohibentes accessum ad collocutoria, & crates Monialium à solo Episcopo indici, & publicari debeant?

15. An sub censuris per Episcopum prohiberi valeat, ne portam clausuræ Priorissa aperiat tam in accessu consanguineorum, & affinium in primo, & secundo gradu ad alloquendum cum Monialibus, quam ubi, & quomodo res in monasterium per totam introduci possunt?

16. An absolutio Monialium à censuris pro violata clausura, aut pro Canon. *Si quis suadente* pertineat ad P. Commissarium monasterii; Sive potius ad Episcopum?

17. An Provincialis Carmelitarum clausuram visitans ad tramites Alexandrinæ constitutionis teneatur præventive Episcopum certiore reddere de die, & hora explendæ visitationis, & quomodo hujusmodi certioratio fieri debeat?

18. An Episcopo licitum sit in visitanda clausura stolam deferre; eique Moniales teneantur stratum pa-

rare, omnesque in ingressu obviam ire?

19. An Episcopus toties quoties expedire putaverit, possit etiam inconsultis Superioribus Regularibus, tam clausuram, quam cellas Monialium in concernentibus eandem clausuram visitare adhuc præcisive, tam à suspitione, quod illa violata fuerit, quam à quacumque Superiorum Regularium negligentia.

20. An dies, & hora explendæ visitationis præfata clausuræ ab Episcopo Monialibus ante accessum, & dici, & notificari debeat?

21. An ejusdem clausuræ visitatio ab Episcopo sine Superiorum Regularium, seu alicujus Religiosi interventu fieri valeat?

22. An ultra visitationem localem licitum sit Episcopo visitationem personalem cujusvis Monialis explere, atque illam interrogare in attinentibus ad clausuram tam materialem, quam formalem?

23. An Revisio computorum administrationis dicti monasterii facienda sit ab Episcopo una cum Superiore Regulari, dum bona, & redditus per Religiosum Carmelitam administrantur?

24. An acta necessaria pro receptione puellarum, tam pro educatione, quam pro earum ingressu, & professione facienda sint in cancellaria Episcopi, à quo danda sit licentia pro eorum ingressu, & professionis emissionem, & ad quem spectet exploratio voluntatis earundem puellarum?

25. An Pater Commissarius velum dare possit Monialibus professis adhuc si vigesimum quintum annum non expleverint?

26. An, & à quo sit præstandus assensus alienationi bonorum monasterii, quæ fit vigore *Can. Terrulas*, in casu &c.

Sacra Cong. Conc. die 8. Maii 1751. Respondit: Ad 1. negative: ad 2. affirmative: ad 3. negative ad primam partem, affirmative ad secundam: ad 4. negative ad primam partem, affirmative ad secundam: ad 5. dentur decreta: ad 6. negative ad primam partem, affirmative ad secundam: ad 7. negative excepto casu visitationis faciendæ semel in anno: ad 8. negative: ad primam partem, affirmative ad secundam: ad 9. concedendas esse ad tempus limitatum: ad 10. negative ad primam partem, affirmative ad secundam: ad 11. affirmative: ad 12. negative: ad 13. affirmative pro solis monialibus, & clausis januis: ad 14. affirmative quoad ordines publicandos per editum: ad 15. negative: ad 16. quoad primam partem spectare ad Episcopum in casibus non reservatis S. Sedi; quo vero ad secundam spectare ad Episcopum in percussione gravibus tantum: ad 17. affirmative: juxta decretum in Lycien. ad 18. affirmative: ad 19. affirmative onerata conscientia Episcopi: ad 20. negative: ad 21. 22. & 23. affirmative: ad 24. Omnia spectare ad Episcopum: ad 25. negative: ad 26. spectare ad Episcopum.

291 NICIEN. *Matrimonii*, in qua cum Episcopus die 5. Junii 1750. pronuntiasset, & definitive sententiasset; Non constare de validitate matrimonii inter D. Baronem Cajetanum Tondutum, & D. Rosaliam Ardisonam, habito recursum à dicta Rosalia ad Sac. Cong. Concilii, & proposito sequenti dubio.

An constet de validitate matrimonii, in casu &c. Sac. Congregatio die 1. Februarii 1751. respondit: Affirmative, & amplius. Deinde ad instantiam D. Baronis proposito dubio: An sit standum, vel recedendum à decisis, in casu &c. Eadem Sac. Congreg. die 24. Aprilis 1751. Respondit. Dilata ad primam omnino. Iterum instante D. Barone, & proposito eodem dubio: An sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c. Sub die 8. Maii 1751. Non fuit talis causa dicta die proposita. Noviter adhuc repropósito eodem dubio; An sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c. Eadem Sac. Congreg. sub die 22. Maii 1751. Respondit: Dilata ad primam. Repropósito tandem eodem dubio: An sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c. Ead. Sac. Cong. sub die 19. Junii 1751. Respondit: in decisis, & amplius.

NOVARIEN. *Juris visitandi*, in qua ad seq. dub.

I. An actus visitationis exerciti per Reverendissimum 292 Episcopum Novariensem in ecclesiis, & capellis Sacri Montis Varalli sustineantur, vel potius sint annullandi, in casu &c. Et quatenus negative ad primam partem, & affirmative ad secundam.

II. An, & quomodo imposterum sit providendum, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 8. Maii 1751. respondit: Actus visitationis non sustineri; & in reliquis ad Eminentissimum Præfectum cum Sanctissimo juxta mentem. Sic apud Thesaurum Resolutionum dicti anni, ubi plura videnda ad rem.

VASIONEN. in qua ad seq. dub.

I. An Reverendissimo Ordinario Vasionen. visitare 293 liceat V. Hospitale pauperum infirmorum dictæ civitatis, & pro recto illius regimine, & circa bonorum administrationem decreta condere, in casu &c.

II. An Dignitatibus, & Canonicis ecclesiæ cathedralis Vasionen. duobus ex Rectoribus dicti Ven. hospitalis competat præcedentia respectu Rectorum laicorum tam in Congregationibus, aliisque functionibus dicti hospitalis, quam in subscriptione resolutionum, & mandatorum administrationem bonorum respicientium, in casu &c.

III. An singulis Rectoribus, siye ecclesiasticis, siye laicis absque aliorum consensu liceat private muneribus hospitalis exercere, in casu &c.

S. C. C. die 19. Junii 1751. respondit: Ad 1. & 2. affirmative: ad 3. negative.

CIVITATIS CASTELANÆ, *Juris concionandi*, in qua ad seq. dub.

An Jus deputandi Concionatorem in ecclesia collegiata S. Michaelis Archangeli Terræ Caprarolæ libere spectet ad communitatem ejusdem Terræ, seu potius ipsa teneatur alternative per turnum eligere Patres Minores Observantes, Carmelitas Excalceatos, & Capuccinos in casu &c.

S. C. C. die 19. Junii 1751. respondit: Negative ad primam partem; affirmative ad secundam, & amplius. Sic apud Thesaurum Resolutionum dicti anni, ubi plura ad rem.

BONONIEN. *Funerum*, in qua ad seq. dub.

An in associando cadavera sepelienda in ecclesia 295 S. Petri Minorum de Observantia Terræ Centi liceat Parocho ingredi cum stola, & cruce elevata; seu potius teneatur ad ejusdem ecclesiæ fores sistere, ibique ultimum vale defuncto dare, in casu &c.

S. C. C. die 18. Septemb. 1751. respondit: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

TAURINEN. *Celebrationis missæ quotidianæ*, in qua ad seq. dub.

I. An celebratio missæ quotidianæ relicta à quo 296 Laurentio Galiero spectet private ad Patres Prædicatores civitatis Cleri, seu potius sit in arbitrio hospitalis majoris dictæ civitatis ejus hæredis testamentarii ad eligendum Capellanum ad nutum amovibilem, qui celebret dictam missam quotidianam ad altare S. Vincentii, solutis tamen utensilibus Patribus Prædicatoribus? Et quatenus negative ad primam partem, & affirmative ad secundam.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro gratia translationis dictæ missæ quotidianæ in altare existen. in suprascripto hospitali majori civitatis Cherii juxta conditiones? Et quatenus negative.

III. An casu, quo hospitale nolit imposterum eligere Capellanum, qui celebret missam quotidianam in ecclesia PP. Prædicatorum civitatis Cherii pro satisfactione legati relicti à præfato Laurentio Galliero, teneantur PP. Prædicatores dictam missam quotidianam celebrare ad rationem eleemosynæ manualis; seu potius teneatur dictum hospitale præstare ipsis eleemosynam ad ratam perpetuam? Et quatenus affirmative ad pri-

primam partem, & negative ad secundam.

IV. An iidem PP. Prædicatores, attenta eleemosyna ad ratam Manualis pro celebratione missæ quotidianæ sibi ipsis exsoluta usque ab anno 1681. per hospitale, teneantur ad celebrationem missarum hætenus non celebratarum, itaut non sustineatur reductio per ipsos facta, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 20. Maii 1752. respondit: *Ad 1. negative ad primam partem, affirmative quoad secundam, & ad mentem, & mens est, quod præferantur Oratores Dominicani in casu, de quo agitur: ad 2. negative: ad 3. provisum in primo, & eleemosynam præstandam esse ad formam manualis: ad 4. affirmative, & amplius in omnibus.*

CASALEN. in qua ad seq. dub.

297 An sit annuendum petitæ facultati erogandi ex redditibus hæreditatis Patriæ juxta indigentias aliam majorem quantitatem usque ad summam sc. 300. ultra sc. 400. jam assignata pro manutentione chori musicalis; in casu &c.

S. C. C. die 11. Martii 1752. respondit: affirmative *pro scutis tercentum durante indigentia arbitrio Episcopi.* Sic apud Thesaurum Resolutionum dicti anni ubi plura ad rem merito videnda.

FULGINATEN. in qua ad seq. dub.

298 I. An Parochus ecclesiæ parochialis S. Mariæ in coelum Assumptæ collis Campi Raschi teneatur residere diu noctuque in ædibus parochialibus ejusdem ecclesiæ?

II. An possit alternative in Dominicis celebrare missam aliasque parochiales functiones exercere in ecclesia S. Sebastiani exist. intra limites parochiæ, vel potius teneatur eadem omnia peragere singulis Dominicis, aliisque diebus festivis in ecclesia parochiali?

III. An retinere debeat Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in ecclesia parochiali?

IV. An possit sepelire Parochianos in ecclesia S. Sebastiani, vel potius eosdem sepelire teneatur in ecclesia parochiali?

S. C. C. die 19. Augusti 1752. respondit: *Ad 1. affirmative: ad 2. negative ad primam partem, affirmative ad secundam: ad 3. affirmative: ad 4. affirmative ad primam partem, quoad eligentes tantum.*

ALBINGANEN. Curæ animarum, & functionum, in qua ad seq. dub.

299 I. An, & quomodo ecclesiæ S. Bernardi loci Delii concedenda sit facultas sepeliendi cadavera, & administrandi Sacramenta Baptismi, Matrimonii, Pœnitentiæ, Eucharistiæ etiam tempore Paschali, & extremæ Unctionis?

II. An populo Delii indulgendum sit audire missam in dicta ecclesia S. Bernardi die Paschalis, & S. Laurentii?

III. An liceat in dicta ecclesia S. Bernardi peragere functiones funerales, & alias non parochiales in casu &c.

S. C. C. die 9. Sept. 1752. respondit: *Ad 1. negative quoad matrimonia, & implementum præcepti paschalis, in reliquis affirmative salvis juribus parochialibus: ad 2. Satis provisum in decreto Episcopi: ad 3. affirmative salvis emolum. parochialibus.* Ita apud Thesaurum resolutionum dicti anni, ubi adducitur decretum Episcopi statuentis inter alia in oratorio, seu ecclesia S. Bernardi posse quot die sacrum fieri exceptis diebus festis paschalis, & S. Laurentii Titularis parochiæ.

NAULEN. Visitationis, in qua ad seq. dub.

300 An Episcopus visitare possit ecclesiam S. Mariæ de Ripa, vulgo S. Benedicti, in casu &c.

S. C. C. die 2. Decemb. 1752. respondit: Negative.

CÆSENATEN. Capellaniæ, in qua ad seq. dub.

301 Clericus capellaniam sibi concessam sub lege donec provisus fuerit de beneficio, tenetur dimittere, si beneficium ecclesiasticum obtinuit; etenim S. C. C. die

13. Januar. 1753. ad dubium: An sit locus dimissioni capellanæ in casu? Respondit: affirmative, & amplius.

ASCULANA, Processionum, in qua ad seq. dub.

I. An Parochi rurales villæ Aspeluncæ, & villæ 302 Collis valeant processiones peragere in propria cujusque parochia tam die Festivitatibus SS. Corporis Christi, quam diebus S. Marci, & Rogationum, in casu?

II An iidem Parochi teneantur, & cogi possint ad interveniendum iisdem processionibus, quæ in dictis diebus celebrantur in Terra Arquatæ, in casu?

III An simplices Clerici, & Sacerdotes villarum Aspeluncæ & Collis teneantur ipsi quoque intervenire dictis processionibus Terræ Arquatæ in casu? S. C. C. die 3. Februarii 1753. Respondit: *Ad primum affirmative, ad secundum, & tertium negative.*

AUXIMANA, seu Lauretana, Funerum in qua ad seq. dub.

1. An Parochi Seculares, vel prætextu funeralis, 303 vel ratione associationis prætereundere possint ab hæredibus defunctorum majus emolumentum, quando cadavera sepeliuntur in ecclesia S. Francisci PP. Reformatorum Terræ Forani, quam accipiant, quando tumulantur in ecclesiis secularibus?

2. An parochianis ecclesiæ parochialis Terræ Montis Cassiani diocesis Lauretanæ liceat sibi eligere sepulturam in eadem ecclesia PP. Reformatorum Forani Territorii Terræ Appiniani Auximanæ diocesis? & quatenus affirmative.

3. An Parocho dictæ Terræ Montis Cassiani, ejusque Sacristiæ præter quartam Funeralem ratione prætensi majoris laboris debeat majus emolumentum, & in qua summa pro associatione cadaveris ad dd. PP. Reformatorum ecclesiam extra Territorium, & diocesim degen.? & quatenus negative.

4. An idem Parochus Montis Cassiani teneatur restituere hæredibus quon. Jo. Baptistæ Cherubini portionem in istius funere majorem æquo exactam?

5. An pro translatione cadaveris de uno ad alium locum occasione tumulationis in eadem PP. Reformatorum ecclesia debeat aliquod emolumentum gabellaris, in casu?

S. C. C. die 24. Martii 1753. Respondit: *Ad primum dabitur resolutio in casibus particularibus: ad secundum affirmative, & amplius: ad tertium affirmative juxta taxam Episcopi: ad quartum satis provisum per Episcopum, & amplius: ad quintum negative.*

TOLENTINA, Juris sepeliendi, in qua ad seq. dub.

I. An cadaver Sacerdotis Valentini Forconi spectet 304 ad ecclesiam parochialem Sancti Catervi Civitatis Tolentini, seu potius ad ecclesiam cathedralem dictæ civitatis? & quatenus affirmative ad primam partem, & negative ad secundam.

II. An sit locus restitutioni ejusdem cadaveris, nec non omnium emolumentorum occasione funeris à dicta ecclesia cathedrali perceptorum, in casu?

S. C. C. die 11. Augusti 1753. Respondit: *Ad 1. affirmative ad primam partem, negative ad secundam: ad 2. affirmative, & amplius in omnibus.*

CARTHAGINEN. Matrimonii, in qua ad seq. dub.

An validum sit matrimonium contractum coram 305 Parocho, qui alterutrum ex contrahentibus identifice, & in individuo non cognovit, nec cognoscere potuit, vel propter noctem, & obscuritatem loci, vel propter tegumentum, quo operiebatur, licet adhibuerit omnem diligentiam, ut cognosceret, etiam cum aliquali violentia coram testibus, & quamvis iidem testes ad Matrimonium perducti scirent, quis ille esset & Parochus non simultanee, sed successive, & post factam Ordinario relationem ejusdem Matrimonii certior factus fuerit de illius identitate ex subsequuta inquisitione?

S. Congr. C. die 22. Sept. 1753. respondit: *Affirmative pro validitate Matrimonii, attentis facti circumstantiis in casu, de quo agitur.*

Hinc quoad jam tradita in tomo 4. verb. Impedimenta Matrimonii art. 3. n. 69. ad 80. & n. 103. de Parocho affectante non audire verba, vel non videre nutus attentantium clandestine contrahere Matrimonium, advertendum est, quod illa exceptio, *Nisi affectasset non intelligere*, apposita in decretis ibi allatis intelligenda est de eo casu, ubi Parochus qui, si nec vidit, nec intellexit, ipse sibi in causa fuit, ut non videret, nec intelligeret, proptereaquod, vel aures sibi obstruxerit, vel faciem velaverit, ne audire, & aspicere cogeretur, sicuti colligitur ex Fagnano in c. Quoniam num. 25. de Constitut. & in cap. Quæsitum n. 7. & 8. de pæn. & remiss. Neque porro æquum est ut ab arbitrio, factoque Parochi pendeat, libertatem Matrimonii impedire, ut recte docet Benedictus XIV. De synodo diocesana lib. 13 c. 23. n. 10. & 11. ubi ad literam subjungit, ut sequitur.

Ex hætenus dictis recte colligitur prædicta verbi *Nisi affectasset non intelligere*, de eo casu accipienda esse, quo Parochus invitus ad Matrimonii contractum adhibitus, ideo nec videt, nec percipit, quia data opera neque videre voluit, neque percipere, cum tamen & videre, & percipere naturaliter potuisset, eadem ratione, qua testes ad eum ipsum actum adhibiti, & vidisse, & percepisse fatentur. Celebris fuit anno præterito 1753. causa *Carthaginen. Matrimonii* in Concilii Congregatio agitata, & judicata, in qua agebatur de quodam Matrimonio contracto coram Parocho domi suæ inopinate deprehenso, qui virum quidem aspexerat, ejusque verba perceperat, fœminam vero nec viderat, nec audiverat. Porro, cum ex iis, qui controversiæ Judices sedebant, totidem ex una parte pro Matrimonii validitate, totidem vero ex alia pro illius nullitate oppinati fuerint, opportunum Nobis visum est Congregationem ipsam coram Nobis indicere; Jussis prius Theologis aliquot, aliisque Juris Canonici professoribus sententias suas hac de re scriptis exponere, qui sane maxima diligentia, ac labore collatis inter se tum Theologorum, & Canonistarum placitis, tum decretis ejusdem Congregationis, & actis similium causarum, quæ alias coram ipsa agitatae fuerunt, & ab ea definitæ, in hoc facile convenerunt, ut ad Matrimonii validitatem, necessarium omnino esset, contrahentes à Parocho videri, eorumque verba mutuam consensum exprimentia ab eodem audiri; eo scilicet principio præ oculis habito, quod si Parochus Matrimonio interest, tamquam testis ecclesiæ autorizabilis, nullo modo poterit de Matrimonio contracto fidem facere, ubi nec utrumque viderit conjugem, nec utriusque consensum audierit. Sed cum factum ipsum, de quo agebatur, accurate perpensum fuerit, ejusque circumstantiæ omnes diligenter excussæ, manifesto compertum est, quod si Parochus mulierem non vidit, ejusque verba non intellexit, hoc ideo evenit, quia ipse obfirmato animo eandem videre, & audire noluit, cum eam facili videre, & redire potuisset, quemadmodum bene viderant, recteque audierant testes ad eum actum adhibiti. Itaque pronunciatum fuit, Nobisque annuentibus sententia prodiit pro Matrimonii validitate. Hæc ille.

FERRARIEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

306 1. An Superioribus Regularibus competat ordinaria jurisdictio in spiritualibus, & temporalibus super Monasteriis SS. Catharinæ Martyris, & Senensis; necnon SS. Monicæ, & Rochi, & signanter in procuranda recta administratione bonorum, & redditum dictorum monasteriorum sibi subjectorum, seu potius servanda sit in casibus particularibus prætensa consuetudo, in casu &c.

2. An Vicarii monasteriorum præfatorum instituti per Provinciam Lombardiæ, & respectively per Vicarium Generalem Congregationis S. Sabinæ, vel illis impeditis, seu absentibus, Confessarii eorundem monasteriorum possint intervenire quibuscumque contractibus ineundis nomine eorum monasteriorum?

3. An iidem Vicarii, vel illis absentibus, aut impeditis, Confessarii possint, ac debeant assistere reddi-

tionum, seu revisioni computorum, ut præten- ditur facien. de trimestri in trimestre?

4. An Provincialis utriusque Lombardiæ, & P. Vicarius Generalis S. Sabinæ possint, & debeant visitare dicta monasteria circa administrationem bonorum, & reddituum, & sic revidere libros introitus, & exitus, ac exigere rationum redditionem à Ministris, aliisque Officialibus eorundem monasteriorum?

5. An Eminentissimus Archiepiscopus possit, irrequisito Superiore Regulari, exigere & recipere rationum redditionem à dictis monasteriis, & Officialibus?

6. An electio cujuscumque novi Ministri, & Syndici in casu obitus, dimissionis officii, vel amotionis spectet ad Priorissam, & Moniales, vel potius ad Archiepiscopum?

7. An dimissio officiorum facienda sit in manibus Priorissæ, vel potius in manibus Eminentissimi Archiepiscopi?

8. An facultas removendi dictos Officiales, & Ministros spectet ad Priorissam, & Moniales, seu potius ad Eminentiss. Archiepiscopum? Et quatenus affirmative ad secundam partem 5. 6. & 7. dubii.

9. An novus Minister, vel Syndicus possint vigore literarum Patentium Archiepiscopi contractus inire, aliosque administrationis actus gerere sine mandato procuræ Priorissæ, & Monialium? Et quatenus negative?

10. An Priorissa, & Moniales possint novo Syndico tribuere in mandato procuræ facultates sibi benevisas, ac etiam alios Procuratores constituere ad certa negotia?

11. An quæcumque instrumenta stipulari debeant coram Priorissa, & Monialibus capitulariter congregatis cum interventu Superioris Regularis?

12. An in quibuslibet instrumentis, & scripturis, quibus interveniant Superior Regularis, & Syndicus debeat prænominari, & prius subscribere ipse Superior Regularis, seu potius Syndicus?

13. An Archivium cujusque ex dictis monasteriis retineri debeat intra claustra, seu potius extra, idest in collocatorio Monialium?

14. An omnes libri nuncupati magistrales retineri debeant in archivio, & de trimestri in trimestrem tradi Ministris pro reportandis partitis introitus, & exitus, in casu &c.

S. C. C. die 28. Sept. 1754. Respondit: *Ad 1. affirmative quoad primam partem, negative ad secundam: ad 2. 3. & 4. affirmative: ad 5. negative: ad 6. erectionem spectare ad Priorissam, & Moniales, cum interventu Superioris Regularis; ad Archiepiscopum vero spectare expeditionem literarum Patentium juxta solitum: ad 7. affirmative ad primam partem, negative ad secundam: ad 8. affirmative quoad primam partem, quoad secundam servetur Bulla Inscrutabilis: ad 9. negative: ad 10. affirmative: ad 11. & 14. affirmative: ad 12. & 13. affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

MONTIS ALTI, in qua ad dubium,

An Canonici ecclesiæ cathedralis Montis Alti ultra 307 horas canonicas teneantur quoque in choro recitare officium defunctorum, B. M. Virginis, Ps. Pœnitentiales, & Graduales diebus in Breviario designatis, sive potius sit servanda consuetudo, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 28. Septembris 1755. respondit: *Servandam esse consuetudinem. Sic apud Thesaurum resolutionum Sacræ Congreg. Concil. ejusdem anni. Vide ibi, ubi referuntur alia decreta, & multa ad rem.*

REGIEN. *Visitationis*, in qua ad seq. dubia.

I. An liceat Reverendissimo Episcopo Regiensi visitare ecclesiam PP. Minorum S. Francisci Conventualium Terræ Saxoli? & quatenus negative. 308

II. An actus visitationis novissime per dictum Reverendissimum Episcopum expleti in eadem ecclesia sint annullandi, & circumscribendi?

III. An dictus Reverendissimus Episcopus potuerit suspendere ab excipiendis Sacramentalibus Confessio-

nibus P. Magistrum Fantini tunc Conventus S. Francisci Guardianum alias ab eodem Episcopo approbatum?

IV. An & quomodo sit providendum quoad peculium anno 1635. ordinatum à Julio Costa in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 14. Decemb. 1754. respondit: *Ad 1. negative: ad 2. affirmative: ad 3. affirmative, & ad mentem: ad 4. Episcopus procedat prout de jure, servatis servandis.*

MONTIS ALTI, in qua ad seq. dubia.

309 1. An loca pia Montis Elpari, hospitale scilicet, mons pietatis, & mons frumentarius subsint jurisdictioni, visitationi, correctioni, & reformationi Episcopi Montis Alti?

2. An administratio œconomica eorumdem locorum piorum exercenda sit libere à communitate laicali, vel potius dependenter à directione, & auctoritate Episcopi?

3. An eidem Episcopo jus competat tam faciendi ordinationes pro recta prædictorum locorum administratione quam approbandi Officiales Administratores, & Revisores computorum à Communitate electos?

4. An ad præfatum Episcopum pertineat approbare resolutiones, vel ab eadem communitate, vel à suis Officialibus captas, tam circa contractus nomine locorum piorum ineundos, quam circa erogationem proventuum in eleemosynas, & usus pios, ac tandem quoad distributionem frumenti personis indigentibus?

5. An Episcopus possit remove Administratores dictorum locorum piorum electos à communitate non idoneos, vel male gerentes administrationem, atque alios per ipsum eligendos eorum loco substituere?

6. An Episcopus possit exigere redditionem rationis à dictis Administratoribus independenter à Syndicatoribus à communitate electis?

7. An Episcopo private competat executio sententiæ Syndicatoriæ adversus Administratores, & inquisitio contra debitores dictorum locorum piorum?

8. An sustineantur electiones officialium factæ à communitate ab anno 1751.

9. An constet de attentatis, & quomodo sint purganda in casu &c.

Sac. Cong. Concil. die 25. Januarii 1755. respondit: *Ad 1. affirmative: ad 2. negative ad primam partem, affirmative ad secundam: ad 3. affirmative: ad 4. affirmative ad primam partem, in reliquis negative: ad 5. affirmative ad primam partem, negative ad secundam: ad 6. affirmative una cum Syndicatoribus: ad 7. affirmative: ad 8. affirmative accedente approbatione Episcopi: ad 9. negative.*

Cum autem non placuisset Episcopo definito secundæ partis quarti dubii, & petisset contra eam audiiri; reposita causa sub dubio.

An sit standum, vel recedendum à decisis quoad secundam partem quarti dubii?

Ead. Sac. Congreg. die 10. Maii respondit: *In decisis salva auctoritate Episcopi juxta resolutiones 2. & 3. Dubii.*

TUSCULANA, *Juris tumulandi*, in qua ad seq. dubium.

310 An cadaver Gertrudis de Mattia sepeliendum esset in ecclesia parochiali S. Petri, seu potius in altera S. Bonaventuræ PP. Minorum Reformatorem, itaut illis restituendum sit cum emolumentis funerariis, in casu &c.

Sac. Cong. Conc. die 10. Maii 1755. respondit: *negative ad primam partem, affirmative ad secundam, & amplius.*

OMOLUCEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

311 1. An Parochi Regulares, cujuscumque Ordinis illi sint, & præsertim Præmonstratenses, Cistercienses, & Benedictini exercentes curam animarum personarum secularium, & non comensalium in parochiis in diocesi Omolucensi, licet ille monasteriis exemptis sint

unitæ, & annexæ, sive sint de Jurepatronatus, etiãmsi cura animarum residere, dicatur in Abbatibus, visitationem Episcopi subire teneantur in iis, quæ pertinent ad curam animarum, sive Episcopus visitet per se, sive per alium, non obstantibus privilegiis dictorum monasteriorum? & *quatenus affirmative.*

2. An dicti Procuratores solvere teneantur? Vocati ad synodum accedere sint cogendi? Festa diocesis populo annuntiare, & celebrare? Pariter Chrisma, & Olea SS. ab Episcopo Diocesano accipere teneantur?

3. An Parochi Regulares, etiãmsi sint Abbates possint à Superioribus Regularibus ad curam animarum destinari, illamque exercere sine approbatione Episcopi?

4. An Regulares dari in Coadjutores dictorum Parochorum possint à Superioribus Regularibus sine expressa licentia Episcopi, in approbatione Confessoriorum Regularium limitare eorumdem facultates, non solum quoad tempus, sed etiam quoad personas, & loca, in quibus debent tempus Confessiones audire?

5. An liceat sive Abbatibus, sive Parochis Regularibus, præsertim Cisterciensibus pro libitu, & sine licentia Episcopi pro parochiis modo unam, modo alteram ecclesiam, sive capellam, in qua Sacramenta à Parochis administrantur fidelibus diocesis Omolucensis constituere?

6. An Prælati Regulares, ubi habent purum Juspatronatus parochiarum acquisitum, vel cessum à laicis, quibus in hoc succedunt, teneantur Episcopo præsentare Sacerdotes Seculares, ut antea laici tenebantur: An vero possint substituere Monachos, eosque pro libitu, non salutato Episcopo, remove.

7. An ad Episcopum spectet cura clausuræ monasteriorum monialium Regularibus, & præsertim Cisterciensibus, & Benedictinis subjectarum, eandem clausuram demandare servandam ad præscriptum Sac. Conc. Tridentini? & *quatenus affirmative.*

8. An competat Episcopo Prælati Regularibus, præsertim Cisterciensibus, & Benedictinis prohibere, ne pluries in anno occasione visitationis ingrediantur septa monasterii Monialium sibi subjecti sine præsentia ejusdem Episcopi, sive alterius personæ ab eo deputandæ.

9. An possit Episcopus inhibere Regularibus præsertim Cisterciensibus, & Benedictinis, ut sine examine Ordinarii puellas ad habitum, & professionem admittant, & præcise ne ad electionem Abbatissarum exemptarum deveniatur, non significata Ordinario die electionis, cui Episcopus sive per se, sive per alium interesse, & præsidere possit?

10. An competat Episcopo rationes exigere ab Administratoribus bonorum temporalium dictorum monasteriorum exemptorum Monialium, & in Administratores delinquentes animadvertere, illosque ad reliquiarum solvendum cogere, & prohibere ne dotes alienentur sine Indulto Pontificio, & Episcopi licentia?

11. An Confessarii ab Episcopo approbati ad audiendas Confessiones fidelium utriusque sexus possint sine speciali approbatione Episcopi in Confessarios Monialium exemptarum à Superioribus Regularibus destinari, & *quatenus negative.*

12. An saltem dicti Confessarii Regulares pro audiendis Confessionibus unius monasterii Monialium exemptarum, vel pro una vice approbati, censi debeant approbati semper, & pro omnibus monasteriis Monialium?

13. An Regulares teneantur pro obtinenda facultate audiendi Confessiones, sive secularium, sive Monialium se personaliter coram Episcopo præsentare, sive potius sufficiat à Superioribus de sufficientia, & idoneitate testimonium transmitti?

14. An Prælati, & Abbates Regulares possint sine speciali Indulto calices, campanas, aliaque vasa sacra, in quibus intervenit Sacra Unctio, benedicere pro usu alienarum ecclesiarum?

15. An dicti Abbates, & Prælati teneantur servare decretum ab Alexandro VII. editum circa usum strictum Pontificalium Prælati inferioribus concessum?

16. An

16. An liceat Regularibus Eucharistiam in propriis ecclesiis exponere sine licentia Ordinarii, liceatque pariter Regularibus, & præsertim Benedictinis, & Cisterciensibus in propriis ecclesiis insolitam Imaginem, aut sacram reliquiam ab Ordinario non approbatam exponere, & tandem in eisdem ecclesiis prædicare non petita ab Ordinario licentia?

Sac. Cong. Conc. die 7. Junii 1755. respondit: Ad 1. & 2. affirmative: ad 3. negative: ad 4. negative ad primam partem, affirmative ad secundam: ad 5. negative: ad 9. affirmative ad primam partem, negative ad secundam: ad 7. 8. 9. 10. affirmative: ad 11. negative: ad 12. 14. 16. negative: ad 13. affirmative ad primam partem, negative ad secundam: ad 15. affirmative.

Et eadem causa reposita sub dubio: An sit standum, vel recedendum à decisis, in casu &c. Eadem Sac. C. die 2. Augusti dicti anni 1755. respondit: In decisis.

312 ROMANA, Reductionis legatorum, in qua ad sequentia dubia.

I. An sit locus diminutioni legatorum ratione concordie, & expensarum litis? & quatenus affirmative.

II. An, & in qua summa legata debeantur in casu &c.

S. C. C. die 13. Septembr. 1755. respondit: Ad 1. negative Ad 2. provisum in primo.

Et eadem causa reposita sub dubio, an sit standum, vel recedendum à decisis, in casu &c. Eadem S. C. C. die 6. Decembr. 1755. respondit: In decisis, & amplius.

313 Abbas Curatus nequit habitare domum, etiam paternam, quæ sita sit extra fines suæ parochiæ. S. C. C. die 20. Decembr. 1755. in qua ad dubium, an Abbati Curato Lucernarii liceat habitare in domo paterna sita in Regione Civita, in casu? Respondit negative. Et eadem causa in pontis Curri Residentiæ reposita die 7. Februar. 1756. sub dubio, an sit standum, vel recedendum à decisis, in casu? Ead. S. Congr. respondit: In decisis, & amplius, & ad mentem.

BRUGNATEN. Coadjutoria, in qua ad sequentia dubia.

314 I. An sit indulgendum Coadjuto pro gratia dispensationis à residentia locali, quia in Bulla non adest decretum residendi? & quatenus negative.

II. An usus domus canonicalis de se indivisibilis debeat tantum dicto Coadjuto residere nunc volenti, & nolenti, quam domum idem Coadjutus nec animo, nec scripto unquam cessit Coadjutori?

III. An Coadjuto competat facultative administrare ecclesiam suam in spiritualibus, itaut Coadjutor nihil agere valeat, nisi eo requisito, & potestate tantum Vicaria donec officium Coadjutoris duraverit?

IV. An, & quomodo sit providendum in puncto administrationis, etiam in temporalibus; ne bona ecclesiæ ulterioribus detrimentis subjiciantur?

V. An, & quomodo sit providendum Coadjuto, ne litigare continuo cogatur alimenta sua in summa 36. ducatorum auri de Camera sibi in Bulla reservata, addita obligatione Camerali, ac fidejussione benevisa pro assecurandis eisdem alimentis, in casu?

S. C. C. die 17. Januar. 1756. respondit: Ad 1. non indigere. Ad 2. Provisum in primo. Ad 3. negative in casu, de quo agitur. Ad 4. & 5. Pariter utantur jure suo coram suis iudicibus, & amplius in omnibus.

315 NUSCANA, in qua ab seq. dub.

An Canonici collegiatae ecclesiæ S. Mariæ de Piano Oppidi Montellæ Nuscane diocesis teneantur unam tantum missam pro populo diebus festis celebrare, seu potius tot missas, quot sunt parochiales ecclesiæ illi unitæ, in casu?

S. C. C. die 17. Januar. 1756. respondit: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

316 ALERIEN. Sepulturæ, in qua ad seq. dub.

I. An sepulcrum erectum in asserta ecclesia S. Aloysii

sii Gonzagæ oppidi Curtis substineatur in casu &c. Et quatenus affirmative.

II. An dicta concessio sepulcri facta Andreæ Arrighi pro se, è per li suoi parenti ed eredi, solos agnatos de familia Arrighi comprehendat, vel potius ad cognatos etiam extendi debeat?

III. An eadem concessio facta etiam pro hæredibus dicti Arrighi solos hæredes habentes Juspatronatus dictæ ass. ecclesiæ obtineat, vel potius etiam aliorum consanguineorum, qui non habent Juspatronatus dictæ ecclesiæ?

IV. An non facta electione sepulturæ ab iis, quibus dictum jus sepulturæ competere potest, cadavera eorum tumulanda sint in dicta asserta ecclesia, seu potius in ecclesia PP. Minor. Observantium?

V. An, & cui competat jus celebrandi exequias, aliasque functiones funebres in dicta asserta ecclesia S. Aloysii?

VI. An, & cui & pro rata competant emolumenta funeralia?

VII. An locus sit exhumationi cadaverum in dicta ecclesia S. Aloysii sepulcrum, ac restitutioni emolumentorum, in casu &c.

S. C. C. die 17. Januar. 1756. respondit: Ad 1. affirmative, & amplius. Ad 2. Comprehendi etiam cognatos in casu electionis, & amplius. Ad 3. affirmative ad primam partem, negative ad secundam, & amplius. Ad 4. Provisum in secundo, & amplius. Ad 5. Competere Parocho, & amplius. Ad 6. Competere omnia Parocho. Ad 7. negative ad primam partem, & quoad secundam affirmative pro quarta funerali.

AUXIMANA, applicationis missæ, in qua ad seq. dubium.

An Patres Conventuales S. Francisci terræ Montis Philoptrani teneantur saltem imposterum ad applicationem missæ celebrandæ juxta dispositionem q. Joannis Sancti, in casu &c. S. Congr. C. die 7. Februar. 1756. Respondit: Negative. Agebatur enim ibi de solo onere celebrandi missam de mane de horam auroræ pro mercenariis, & operariis.

317 CÆSENATEN. Beneplaciti, in qua ad seq. dub.

I. An licentia Episcopi ad effectum incidendi arbores, de quibus agitur, substineatur absque consensu Capituli, in casu &c. Et quatenus negative.

II. An sit concedendum Beneplacitum Apostolicum in casu &c.? S. C. C. die 20. Mart. 1756. Respondit: Ad 1. Affirmative. Ad 2. provisum in primo.

Et eadem causa proposita sub dubio: An sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c.? Eadem S. Congreg. Conc. die 8. Maii 1756. Respondit: In decisis, & amplius. Agebatur enim ibi de prætenso consensu Capituli patroni beneficii pro concedenda licentia incidendi arbores pro reparatione prædiorum dicti beneficii, quæ incisio non excedebat dispositionem Canonis Terrulas 12. q. 2.

318 CASSANEN. Matricitatis, & præeminentiæ, in qua ad sequentia dubia.

I. An constet de matricitate ecclesiæ S. Nicolai Terræ Castelucci inferioris supra ecclesiam S. Margaritæ terræ Castelucci superioris, in casu &c.

II. An ecclesiæ S. Nicolai competat antepulsatio campanarum in die sabbati sancti, seu potius sit locus cumulativæ, vel alternativæ?

III. An, & cui ex duobus Cleris, & Rectoribus competat præcedentia in processionibus, aliisque functionibus ecclesiasticis, quæ forte unitim fieri contingant?

IV. An in processione peragenda in die Dominico infra octavam Corporis Christi in Ecclesia S. Margaritæ delatio Sanctissimi Sacramenti private spectet ad Archipresbyterum S. Nicolai, in casu &c.

V. An substineatur mutatio tituli Rectoris, seu Capellani Curati S. Margaritæ in titulum Archipresbyteri ejusdem ecclesiæ?

VI. An Clero ecclesie S. Margarite liceat habere suum proprium Cantorem, seu Præfectum chori, seu potius Cantor S. Nicolai debeat regere utrumque chorum, in casu &c. S. C. C. die 3. Aprilis 1736. Respondit:

Ad 1. negative, & amplius. Ad 2. negative ad primam partem, & esse locum alternativæ, & amplius. Ad 3. Competere unicuique Rectori præcedentiam in propria parochia, & amplius. Ad 4. negative, & amplius. Ad 5. affirmative quoad titulum tantum. Ad 6. affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

DERTONEN. Irregularitatis, in qua ad seq. dub.

I. An constet de Irregularitate? & quatenus affirmative. ³²⁰

II. An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione, in casu &c. S. C. C. die 8. Maii 1756. Respondit:

Ad 1. affirmative, & amplius. Ad 2. negative.

Agebatur enim ibi de Joanne Baptista Carbono Sacerdote homicida Alexandri Repetti, ac prætendente ipsum occidisse pro suæ vitæ tutela, contra relationem Episcopi ex processu suo narrantis, ac probantis contrarium.

AMERINA, in qua ad sequentia dub.

I. An Sacerdos Ignatius Torretti adscriptus servitio parochialis ecclesie Alviani, & pro necessitate ejusdem ecclesie ad sacros Ordines promotus titulo capellanie obtentæ in ecclesia S. Ignatii Urbis sibi à Sacra Congregatione perpetuatæ, potuerit contra formam præcepti Episcopi ab eadem ecclesia discedere, & valeat hic in Urbe permanere? ³²¹

II. An, & in poenas Conciliares sibi intimatas inciderit, in casu &c. S. C. C. die 8. Maii 1756. Respondit:

Ad 1. negative assignata congrua per Episcopum. Ad 2. Consulat conscientie suæ.

Et eadem causa reposita à Sacerdote Ignatio sub dubio: An sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c. Ead. S. C. C. die 17. Julii 1756. Respondit: In decisis, & amplius.

SALUTIARUM, Juris visitandi, in qua ad sequentia dubia.

I. An competat Episcopo jus visitandi ecclesiam, seu capellam Sancti Antonii de Padua Carmagnolæ in casu &c. ³²²

II. An substineatur Interdictum?

S. C. C. die 7. Augusti 1756. Respondit: Negative ad utrumque. Agebatur ibi de præensione Episcopi visitandi capellam Sancto Antonio de Padua dedicatam à PP. Minoribus de Observantia, & sitam extra claustra, & districtum conventus, cui visitationi resistentes Religiosi ob sua privilegia, Episcopus eam capellam publice interdictam declaravit.

ARIMINEN. in qua ad sequentia dubia.

I. An Episcopus possit privative, seu cumulative visitare dicta duo oratoria, eorumque altaria, & omnia adnexa? ³²³

II. An Pat. Guardianus Minorum Conventualium possit assistere, uti Præses Congregationi prædictæ Societatis, & duo suffragia habere in scrutiniis? Et quatenus affirmative.

III. An hoc idem liceat Reverendissimo Episcopo, ejusque Vicario Generali, vel alteri eorum nomine?

IV. An liceat PP. Minoribus Conventualibus aggregatis dictæ Societati interesse Congregationibus, ac ibi habere vocem activam, & passivam?

V. An dicta Societas S. Josephi subjecta sit Episcopi Jurisdictioni, itaut teneatur exequi ejus mandata, & decreta, quæ etiam extra Sacram Visitationem edi contigerit pro bono regimine? S. C. C. die 7. Augusti 1756. Respondit:

Ad 1. Visitare posse cumulative quoad ea tantum quæ spectant ad Societatem. 2. affirmative, ut unum tantum, habeat suffragium. Ad 3. negative. Ad 4. affirmative

cum voce activa tantum. Ad 5. affirmative in iis, quæ spectant ad societatem, & amplius in omnibus. Advertendum quod hæc causa jam proposita fuerat die 22. Novemb. 1755. sub sex dubiis, quorum primum erat, An solum, in quo ædificata reperiuntur duo oratoria S. Mariæ de Paradiso, & S. Josephi spectet quoad utile dominium ad societatem S. Josephi, seu potius ad PP. Minores Conventuales. Cui Sac. C. Respondit, spectare ad Societatem quoad usum tantum. Cum autem utraque pars definitionem primi dubii justam agnoverit, fuerunt deinde reposita reliqua quinque d.

DERTHUSEN. Applicationis missæ pro populo, in qua ad sequens dubium.

An Curati ecclesie cathedralis Derthusen. teneantur applicare, & respective canere in horis matutinis missam quotidianam pro populo, in casu? ³²⁴

S. Congr. Concil. die 7. Augusti 1756. Respondit: Affirmative sine cantu, attentis peculiaribus circumstantiis. Advertendum hic quod Capitulum cathedralis Derthusensis habens curam habitualem totius urbis, censuit Vicarios Curatos, qui Comensales nuncupantur, quique actuale ejusdem curæ exercitium habent teneri singulis diebus sacrum pro populo applicare, idque cum cantu, atque hac de re quædam lata fuerunt capitularia decreta, contra quæ reclamantes Curati Comensales Curiam Episcopalem adierunt, & à Vicario Generali Derthusensi ad hanc applicationem quotidianam damnati, fuerunt sub supposito legum foundationis, & ipsis appellantis ad Sacram Congregationem, prodiit Resolutio ut supra.

FAVENTINA, Jurium parochialium, & præeminentiarum, in qua ad sequentia dubia.

I. An Archipresbyter S. Andreæ, ceterique Parochi Congregationis debeant relative ad Sacerdotes simplices invitari ad festivitates, funeralia, & anniversaria, quæ celebrantur in ecclesia parochiali S. Joannis Evangelistæ Granaroli, & in aliis ecclesiis parochialibus Congregationis, in casu &c. ³²⁵

II. An sit servanda asserta consuetudo ecclesie archipresbyteralis S. Andreæ, & S. Joannis Granaroli quæ unicum retinet concionatorem in Quadragesima, ut in die festivitatis S. Josephi, quæ celebratur in dicta ecclesia archipresbyterali, fiat concio in eadem ecclesia exclusive ad aliam Granaroli, ne tollatur populi concursus, in casu &c.

III. An in die solemnitatis Corporis Christi Parochus Granaroli debeat personaliter intervenire una cum Presbyteris, & Clericis ejus parochie processioni, quæ fit in ecclesia archipresbyterali S. Andreæ, in casu &c. Et quatenus affirmative.

IV. An ob non interventum d. processioni incidat in poenas in constitutionibus synodalibus transgressoribus inflictas, in casu &c. Sacra Cong. C. die 18. Sept. 1756. Respondit:

Ad 1. affirmative, & amplius. Ad 2. posse concionem fieri in utraque ecclesia horis ab Episcopo designandis. Ad 3. & 4. affirmative.

ARIMINEN. Celebrationis missarum, in qua ad seq. dub.

I. An missæ præscriptæ à q. Jo: Antonio Tagliaferri celebrari possint in quacumque ecclesia Societatis Sacrar. Stigmatum Terræ Montiani hæredi institutæ benevisa, seu potius sint celebrandæ in ecclesia PP. Minor. Observ. dictæ Terræ? & quatenus affirmative ad secundam partem. ³²⁶

II. An dictæ missæ celebrari possint à Prebyteris secularibus per dictam Societatem eligendis, seu potius celebrari debeant à dictis PP. Minorib. Observ. in casu &c. Sacra Cong. C. die 12. Martii 1757. Respondit:

Ad I. negative ad primam partem, & affirmative ad secundam, & amplius. Ad II. scribatur Episcopo justa mentem.

FANEN. Quartæ funeralis; in qua ad seq. dub.

An quarta funeralis, quando cadavera aliarum pa- ³²⁷

rochiarum in cathedrali tumulantur, debeat quoque ex candelis, quæ in Altaribus occasione funeris accendantur, in casu &c. S. C. C. die 17. Sept. 1754. Respondit. Affirmative, & amplius.

MONTIS ALTI, Visitationis, in qua ad sequens dubium.

328 An capella publicorum carcerum civitatis Montis Alti posita subtus Palatium Apostolicum Præsidis sit subjecta jurisdictioni, & visitationi Episcopi ejusdem civitatis, in casu &c. S. C. C. die 19. Novemb. 1757. Respondit: Affirmative.

NERITONEN. in qua ad seq. dub.

329 I. An substineatur edictum in ea parte, qua Sacerdotibus non habentibus curam animarum imponitur onus docendi doctrinam christianam sub poena suspensionis in casu &c.

II. An substineatur poena Interdicti in eodem edicto inflicta adversus ecclesias, in quibus contigerit deficere formularium doctrinæ christianæ, in casu &c. S. Cong. Conc. die 3. Dec. 1757. Respondit:

Ad I. Affirmative juxta modum explicandum Episcopo. Ad II. negative.

AMERINA, Functionum, in qua ad seq. dub.

330 I. An benedictiones, & distributiones ovorum, cinerum, candelarum, & palmarum, etsi non sint de jure mere parochialibus, expleri tamen possint à Ricetti Capellano, etiam cum pulsatione campanæ, sive potius private spectent ad Parochum?

II. An poena suspensionis sustineatur, in casu &c?

III. An liceat eidem Capellano celebrare missam in die festo ante parochialem cum explicatione evangelii, in casu &c?

IV. An liceat Capellano facere solemnem officianturam cum missa, & ritu solemnem præsertim in die S. Laurentii Titularis Ecclesiæ, Parocho inscio, atque invito? Sac. Congr. Conc. die 3. Decemb. 1757. Respondit:

Ad I. affirmative ad primam partem, negative ad secundam. Ad II. negative. Ad III. affirmative, & quoad explicationem evangelii prævia licentia Episcopi. Ad IV. affirmative.

MONTIS ALTI, Visitationis, in qua ad seq. dub.

331 An capella publicorum carcerum civitatis Montis Alti posita subtus Palatium Apostolicum Præsidis sit subjecta visitationi, & Jurisdictioni Episcopi ejusdem civitatis in casu &c. Sac. Cong. Conc. die 19. Nov. 1757. Respondit: Affirmative. Et reposita hac causa, sub dubio: An sit standum, vel recedendum à decisio, in casu &c. Eadem Sac. Congreg. die 28. Januarii 1758.

Respondit: In decisio, & amplius.

BAREN. in qua ad seq. dub.

332 Adest in terra Nojæ dioceseos Barenis ecclesia collegiata, de cujus erectione omnia incerta sunt, quod latent in tenebris vetustatis. Capituli caput, & prima dignitas est Archipresbyter, qui suæ dignitati annexam habeat curam animarum. Et hæc dignitas à S. Sede confertur. Tentarunt pluries Canonici, & Primicerii parochialia jura invadere, sed resistentibus Archipresbyteris, destiterunt ab inceptis. Anno 1756. majori conatu causam excitarunt, contententes, curam nedum habitualem, sed etiam actuaalem esse penes Capitulum. Unde fuerunt in Sacra Congregatione Concilii die 26. Junii dict. anno 1756. proposita tredecim decidenda sequentia dubia:

1. An cura animarum parochialis, & collegiata Terræ Nojæ resideat private tam habitualiter, quam actualiter penes Archipresbyterum, seu potius penes Capitulum, in casu &c.

2. An denunciations, & publicationes, quæ fiunt inter missarum solemnias pro contrahendis matrimoniis, promovendis ad sacros Ordines, excommunicationibus & indulgentiis, pertineant private ad Archipresbyterum, seu potius constet de contraria consuetudine, favore Canonorum Primiceriorum, sitque servanda, in casu &c.

3. An delatio stola in funeribus, & absolutio super cadavera explendæ sint per Archipresbyterum, seu potius constet de contraria consuetudine favore Canonici Confessarii, eaque sit servanda, in casu &c.

4. An jus deferendi Sacrum Viaticum, & Oleum Sanctum infirmis pertineat private ad Archipresbyterum, seu potius constet de contraria consuetudine favore Canonici Confessarii, qui peccata eorum audiverit, & sit servanda, in casu &c.

5. An benedictio domorum in die sabbati sancti spectet ad Archipresbyterum, seu potius constet de contraria consuetudine, sitque servanda, in casu &c.

6. An benedictio mulierum post partum private spectet ad Archipresbyterum, seu potius constet de contraria consuetudine favore Capituli, sive Canonorum deputandorum, eaque veniat servanda, in casu &c.

7. An liceat Confessariis Canonici requisitis private quoad Archipresbyterum ministrare independenter sacramentum Baptismatis, in casu &c.

8. An in omnibus supradictis actibus, & functionibus, quatenus expleri possint per Canonicos, intelligendum sit exclusive, & private quoad ipsum Archipresbyterum præsentem, & per se ipsum ministrare volentem, in casu &c.

9. An tam supra enuntiatæ actus, & functiones, quatenus spectent private ad Archipresbyterum, quam aliæ, quæ fiunt in Sabbato Sancto, in Dominica Palmarum, in feria quarta Cinerum, & quinta Cœnæ Domini ac in Purificatione Beatæ Mariæ Virginis, eo absente, vel impedito, expleri valeant ab ejus substituto, etiam non Canonico, in casu &c.

10. An emolumenta pro administratione Sacramentorum aliarumque functionum ad curam animarum spectantium percipi debeant ab Archipresbytero, seu potius constet de contraria consuetudine, eaque sit servanda in casu &c.

11. An claves Baptisterii, Sacri Tabernaculi, & Olei Sancti sint retinendæ per Archipresbyterum, seu potius per Sacristam ejusdem ecclesiæ, & capituli, in casu &c.

12. An Subsacristæ in eadem ecclesia eligi valeant quolibet anno absque intelligentia, & approbatione Archipresbyteri, in casu &c.

13. An constet de attentatis, & per quem, & quomodo sint purganda, in casu &c.

Et Sacra Congregatio eadem die, Respondit: Dilata ad sequentem. Et reposita causa sub iisdem tredecim dubiis die 17. Junii ejusdem anni 1756. Sacra Congregatio Respondit: Dilata ad primam post proximam; Et iterum proposita die 28. Augusti ejusdem anni sub iisdem tredecim dubiis: Sacra Congregatio eadem die Respondit:

Ad Primum, curam habituaalem esse penes Capitulum, actuaalem vero penes Archipresbyterum. Ad 2. Affirmative ad primam partem, salvo jure Archiepiscopi negative ad secundam. Ad 3. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. Ad 4. Ut in tertio. Ad 5. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. Ad 6. Servetur solitum. Ad 7. & 8. Negative ad 9. Quoad actus, & functiones supra enunciatas affirmative, in reliquis negative. Ad 10. Dilata, & coadjuventur probationes. Ad 11. Claves Baptisterii, & Olei Sancti retinendas esse penes Archipresbyterum, claves vero Sancti Tabernaculi penes utrumque. Archipresbyterum, claves vero Sancti Tabernaculi penes utrumque. Ad 12. Affirmative. Ad 13. Dilata.

Contra hanc definitionem audiri postulavit Capitulum, & dubium proposuit: an sit standum, vel recedendum à decisio, in casu &c.

Et Sacra Congregatio die 30. Julii 1757. Respondit: Dilata ad sequentem. Iterum proposito eodem dubio die 20. Augusti 1757. Sacra Congregatio Respondit: Dilata ad primam post aquas, facta exhibitione interim librorum in partibus, vel præstita patientia pro extractione partium per Archipresbyterum. Denuo reposito eodem

dubio die 19. Novembris ejusdem anni 1757. Sacra Congregatio Respondit: *Dilata ad sequentem*. Iterumque repositio dubio eodem die 3. Decembris ejusdem anni 1757. An sit standum, vel recedendum à decisis, in casu &c. Sac. C. Respondit:

Ad 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. & 12. *In decisis*, & *amplius* in omnibus. Ad 10. Affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam*. Ad 13. Constare de attentatis, & purganda esse per viam nullitatis, & *amplius*.

Et tandem reposita causa die 28. Januarii 1758. specialiter quoad dubium decimum, quod fuerat exceptum in responsione data ab eadem Sacra Congregatione die 3. Decembris antecedentis anni 1757. adjecta clausula: *Et amplius*; & exceptum dubium erat; *An emolumenta pro administratione Sacramentorum, aliarumque functionum ad curam animarum spectantium percipi debeant ab Archipresbytero, seu potius constet de consuetudine, eaque sit servanda, in casu &c.* Cuique responsum fuit *affirmative ad primam partem*, & *negative ad secundam*. Ad sequens propositum, *An sit standum, vel recedendum à decisis*, quoad X. dubium in casu &c. Sacra Congregatio die 28. Augusti 1758. Respondit: *In decisis quoad emolumenta stolæ tantum*, & *amplius*.

333 CAREN. *Congruæ, & expensarum*, in qua Archipresbyter supradictæ Collegiæ Terræ Nojæ duo sequentia proposuit dubia decidenda.

I. An residente cura habituali penes Capitulum Terræ Nojæ, Archipresbytero, apud quem existit cura actualis, debeat congrua, in qua summa, & ex quibus redditibus, seu potius duplicata, in casu &c.

II. An expensæ in toto decursu causæ tam factæ, quam faciendæ sint desumendæ à massa capitulari, seu potius erogandæ à Canonicis particularibus, in casu &c.

Et Sacra Congreg. Concil. die 1. Septembris 1739. Respondit: *Dilata ad primam post aquas, etiam unica*. Repositis postea iisdem dubiis die 24. Novembris ejusdem anni 1759. Sacra Congregatio Respondit: *Dilata ad primam post Reges*. Iterum repositis iisdem dubiis die 12. Januarii 1760. & die 26. Januarii ejusdem anni 1760. Sacra Congregatio Respondit: *Non proposita cum reliquis*. Ea demum repositis iisdem dubiis die 9. Februarii ejusdem anni 1760. Sacra Congregatio Respondit: *Ad 1. Negative, & servetur solitum*. *Ad 2. affirmative ad primam partem, & negative ad secundam*.

NULLIUS FORIMPOPILII, in qua ad seq. dub.

334 An decretum Sac. Visitationis de claudendo januam & fenestram domus laicorum de Zanlis, unde aditus & prospectus patet in contigua ecclesia S. Mariæ ad Nives, sustineatur in casu &c. Quod dubium die 28. Jan. 1758. non fuit propositum, ex quo reformandum esset, postea mutatum, & reformatum, ac propositum sub his verbis: An decretum D. Visitoris sustineatur in casu &c. S. C. C. die 18. Februarii ejusdem anni 1758. respondit: *affirmative, & amplius*.

FIRMANA, *beneficii*, in qua ad duo seq. dub.

335 I. An licuerit Jacobo Balducci fundatori *beneficii Jurispatronatus dispensare Rectores pro tempore à recitatione officii divini usque ad ætatem annorum 25. jam expletam. eisque loco Divini Officii onus injungere recitandi officium parvum Beatissimæ Virginis?* & quatenus affirmative.

II. An onus hujusmodi expresse *injunctum à dicto fundatore Rectoribus de familia Laureti primo loco ad beneficium vocatis, censeatur repetitum in Rectores de familia Simonetti secundo loco invitatos*.

S. C. C. die 2. Septembris 1758. Respondit: *ad 1. affirmative; ad 2. negative*.

AQUIPENDII, *Expensarum*, in qua ad seq. dub.

336 An sint reficiendæ expensæ Bullarum, & per quem, in casu &c. S. C. C. die 22. Julii 1758. Respondit: *Iterum proponatur*. Iterum propositum idem dubium die 23.

Septembris ejusdem anni 1758. S. C. C. Respondit: *Reficiendas esse per hereditatem*.

Pro Capellania cum onere missæ quotidianæ assignanda sunt bona redditia annua scuta 60. monetæ Romanæ. Sic S. C. C. in Nicien. *Capellaniæ* die 15. Aprilis 1758. & 12. Augusti ejusdem anni 1758. respondens: *In decisis & amplius*.

Censuras latas ab episcopali curia contra mulierem, quæ intra præfinitum tempus ad obsequia viri non redierat, substineri, neque ad reparationem thori ob assertas, sed non probatas sævitias fuit locus; ut censuit Sacra Cong. Concil. die 2. Decemb. 1758. in *Pientina, separationis thori*, in qua propositio dubio: *An sustineantur censuræ, seu potius sit locus separationi thori in casu &c.* Sacra Congregatio Respondit. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, & amplius*.

NULLIUS S. BENIGNI, *Nullitatis Matrimonii*.

Quum secundas nuptias contraxissent bona fide duo vidui, Joseph Barone, & Joanna Catharina Betasta, & post paucos dies rumor ortus fuisset in oppido Montanarii utriusque conjugis patria, eos affinitate conjunctos esse, propterea conjugibus separatis, & civili judicio instructo, ac inde comperto, conjunctos esse in quarto gradu affinitatis, & Josepho Barone volente dispensatione Apostolica convalidari matrimonium, obsistente tamen Joanna Catharina, Eminentissimo Cardinalis delle Lanze Abbas summa, qua pollet, juris utriusque peritia, eruditione, & justitiæ integritate, servato plane in omnibus juris ordine, citato, auditoque *defensore Matrimonii*, sententiam tulit nullitatis matrimonii contracti, & libertatis utriusque contrahendi alias nuptias. A qua sententia appellavit *defensor Matrimonii* sed inopia contrahentium obstabat, ne prosequeretur appellatio, ac proinde promotor Fiscalis Curie Abbatialis, ut exorta scandala removeret, rem egit sumtibus curiæ, obtulitque preces Summo Pontifici, à quo causæ cognitio demandata fuit Sacræ Congregationi Concil. in qua examinatis examinandis, & audito Eminentissimo Abbate, propositio dubio: *An constet de nullitate Matrimonii in casu &c.* Sacra Congregatio die 14. Januarii 1758. Respondit: *Dilata, & coadjuventur probationes, & extrahantur fides Baptismatum, & Matrimoniorum*. Tandem omnibus adimpletis, sub die 22. Julii ejusdem anno 1758. Repositio eodem dubio, *an constet de nullitate Matrimonii, in casu &c.* Sacra Congregatio juxta jam latam rectam sententiam à Sapientissimo, & Eruditissimo Eminentissimo Abbate Respondit: *affirmative, & amplius*.

CELSONEN. in qua ad dub.

An liceat Regularibus civitatis Cerraviæ benedicere puerperas ad eorum ecclesias accedentes post partum, seu potius eadem benedictio competat Parocho, in casu &c. S. C. C. die 31. Martii 1759. Respondit: *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam & amplius*.

Adverte tamen, quod resolutio Sacræ Congregationis clausula *in casu &c.* non potest allegari pro aliis causis, & locis, in quibus ipsæ circumstantiæ non concurrunt, ut recte tradit Eruditissimus Pitonius part. 4. discept. 109. num. 8. sic expresse dicens: *Ut in puncto advertit Monacell. in Formular. fori ecclesiast. part. 2. in epistola ad Lectorem, ibi: Quoties enim Sacra Congreg. judicat, suum decretum adaptari non posse, nec debere, nisi casui propositio, solet rescribere: Negative, seu affirmative in casu &c.* Hæc, inquam, sunt illa decreta, quæ allegari non possunt ad decisionem causarum, nisi concurrant ipsæ circumstantiæ, quæ referbantur in casu particulari propositio, nam decisio casus est circumstantiarum, in quibus emanavit; laud. D. Luca in annotat. ad Concil. discours. 1. n. 11. Pignatell. consultat. 1. num. 18. tom. 1. & ego scripsi *disceptat. eccl. 50. n. 19. & dixit Rota in Romana, Pensionis. 15. Mar. 1694. §. Non potest: coram Eminentiss. Priolo. Sic expresse doctissimus Franciscus Maria Pitonius dict. p. 4. disceptat. 109. n. 8.*

AUXIM. seu CINGULANA, Cathedralici, ad dub.

341 An, quomodo, & in qua summa solvi debeat cathedralicum, & respective sit locus restitutionis, in casu &c.

S. C. C. die 31. Martii 1759. respondit, affirmative in pecunia numerata, & in summa duorum solidorum tantum, nimirum viginti Juliorum; & in reliquis negative: & reposita hac causa die 28. Aprilis ejusdem anni 1759. sub dubio: An sit standum, vel recedendum à decisio, in casu &c. Sac. Cong. respondit: In decisio & amplius; & tandem iterum proposita hac causa sub eodem dubio Sac. Cong. die 21. Julii ejusdem anni 1759. respondit: In decisio & amplius.

SENEN. Celebrationis, & applicationis missæ conventualis, in qua ad seq. dub.

342 I. An Canonicus jubilatus teneatur celebrare per se ipsum, vel per alium missam conventualem per turnum, eamque applicare pro Benefactoribus, in casu &c. & quatenus negative.

II. An Canonicus Jubilatus teneatur contribuere elemosynæ missarum conventualium, in casu &c.

S. C. die 12. Maii 1759. respondit: negative ad utrumque. Et reposita hac causa sub dubio: An sit standum, vel recedendum à decisio in casu &c. Sac. Congr. die 21. Julii ejusdem anni 1759. respondit: In decisio, & amplius.

343 Canonicus coadjutor ob adversam temporariam valetudinem non potest ejici à possessione beneficii post mortem coadjuti, immo admittendus est ad residentiam in choro, & participationem fructuum, ac reddituum. Sic

Sacr. Congr. Concil. in Mediolanen. beneficii, seu Coadjutorie die 10. Februarii 1759.

344 Descendenti à sanguine fundatoris, & Patroni in paritate vocum debetur prælatio ad beneficium priusquam extraneo. Sic S. Congr. Concil. in Faventina capellanæ 31. Martii 1759.

345 Irregularitas, quæ oritur ex infamia patris, seu fratris ratione criminis, non contrahitur à filio, seu fratre Innocente, ideoque promoveri potest ad sacros ordines. Sic Sacr. Congreg. C. in Amerina, seu Interamnen. Ordinationis 11. Augusti 1759.

346 Sodales, seu confratres in functionibus non parochialibus explendis in propriis ecclesiis, seu oratoriis, non tenentur requirere Parochum aliosque Sacerdotes parochiæ. Unde neque substinetur interdictio capellæ, seu oratorii ex eo quod dictas functiones expleverant contra jussu Episcopi, propositis enim in Sac. C. C. sequentibus tribus dubiis.

I. An interdictio capellæ, seu oratorii confraternitatis Pœnitentium, vulgo *Burvas*, substineatur, in casu &c.

II. An in celebratione missarum, tam solemnium, quam privatarum in expositione Sanctissimi Sacramenti benedictionibus, processionibus, aliisque functionibus non parochialibus teneantur confratres adhibere Parochum, sive Sacerdotes secundarios parochiæ; seu potius functiones prædictas explere valeant per proprios Capellanos, irrequisito Parocho, in casu &c.

III. An liceat confratribus sepulturam sibi eligere in dicta capella, jure parochiæ firmo associandi cadavera, & exigendi quartam funeralem, in casu &c.

Sacr. Cong. Concil. in Apten. 23. Septembris 1758. respondit: dilata ad primam post aquas. Et repositis iisdem dubiis die 2. Decembris ejusdem anni 1758. Sac. Congreg. respondit: ad I. negat. ad II. negat. ad primam partem, affirmative ad secundam; ad III. affirmative. Et tandem reposita hac causa die 11. Augusti 1759. sub dubio: An sit standum vel recedendum à decisio die 2. Decembris 1758. in casu &c. Sac. Congreg. dicta die 11. Augusti 1759. respondit: In decisio, & amplius.

AQUEN. Ereptionis capellanæ,

347 Canonicus Carolus Antonius, & Constantius Nicolaus Fratres Marenchi in testamento, quod simultanee

condiderunt 1740. hæredes in usufructu se se ad invicem instituerunt: Et electa sepultura apud ecclesiam PP. S. Francisci civitatis Aquensis, mandarunt, post utriusque obitum distrahi movibilia, pretiumque investiri in capitalibus, quorum redditus cum aliis proventibus ex bonis hæreditariis, pergunt: Si dovrà erogare in far celebrare tante messe, detratti li carachi, è la parte colonica in suffragio della nostr' anima in perpetuo agli Altari privilegiati. Defunctis testatoribus Exequutores anno 1746. supplicarunt San. mem. Benedict. XIV. pro erectione perpetuæ capellanæ unius missæ quotidianæ ex bonis hæreditariis faciendæ de ipsorum jurepatronatus, in publico oratorio confraternitatis Sancti Josephi dictæ civitatis. Et remissis precibus ad Sac. Congregationem Concilii, ipsa audito prius Ordinario, aliisque attentis, tandem die 2. Augusti 1760. ad infrascripta dubia.

I. An sit locus erectioni capellanæ in ecclesia Sancti Joseph de jure patronatus Exequutorum testamentariorum pro tempore, cum onere missæ quotidianæ à Capellano celebrandæ per se, vel per alium in casu &c. & quatenus affirmative.

II. An, & quæ onera sint Capellano injungenda ultra dictam missam quotidianam in casu &c. & quatenus non sit locus erectioni dictæ Capellanæ.

III. An, & quale stipendium sit assignandum Economis ab iisdem Exequutoribus testamentariis deputandis in casu &c. S. C. C. respondit: Ad I. negat. & amplius. Ad II. Provisum in primo. Ad III. affirmative arbitrio Episcopi.

HIERACEN. Exemptionis, in qua præmissa eruditissima expositione totius hujus sæpe agitatae causæ ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. Simonetto Moderano Sac. Congr. Concilii Secretario die 6. Decembris 1760. ad sequentia proposita dubia,

I. An exemptiones, quæ competebant monasterio disrupto Vallis viridis Castri veteris ad formam resolutionum Sacræ Congreg. 1579. 1581. & 1602. competant eidem monasterio noviter constructo in eadem civitate Castri veteris?

II. An sit locus demolitioni ecclesiæ Sancti Felicis pro perficienda clausura monasterii, & respectivæ translationi ejusdem ecclesiæ in alium locum, in casu &c.

Sacr. Congreg. Concil. dicta die 6. Septembris 1760. respondit: Ad I. affirmative & amplius. Ad II. affirmat. & pro executione, ad Eminentissimum Præfectum ad mentem.

Et ad uberiores hujus causæ notitiam dictus D. præstantissimus, & doctissimus Secretarius refert resolutiones Sacræ Congreg. habitæ die 26. Januarii 1692. contentas in folio tunc distributo, & hætenus non impresso, quod est, ut sequitur.

Folium, & resolutiones hujus Sacræ Congregationis anni 1692. circa jurisdictionem Episcopi Hieracensis in monasterium Castriveteris,

HIERACEN. Visitationis. Intra diocesim, & in oppido Castri veteris adest monasterium Monialium B. V. M. Vallis viridis subjectæ jurisdictioni Priorissæ Messanen. & pro tali à Sacra Congreg. reputatum anno 1589. in contradictorio judicio inter dictam Priorissam, & tunc temporis Episcopum Hieracensem. Ad visitationem hujus monasterii curavit accedere anno 1690. modernus Episcopus, qui quoad clausuram acta, volens eam perficere quoad singulas Moniales, fuit impeditus; quare præsupposita asserta exemptione, utraque parte citata, ac informante super infrascriptis dubiis concordatis dignentur E. E. V. V. respondere.

1. An Episcopus visitare possit D. monasterium S. M. di Valverde in concernentibus clausuram?

2. An possit Administratores reddituum monasterii exempti ad redditionem rationis compellere, non vocatis Superioribus monasterii, eosdemque administratores removere, quatenus iisdem Superiores interpellati id renuant facere?

3. An possit cuique personæ, etiam in primo, & secundo gradu conjunctæ inhibere, ne audeat ad monasterium accedere absque illius licentia?

4. An possit inhibere famulis, & famulibus conjunctarum personarum, ne ad d. monasterium accedant absque licentia Episcopi?

5. An Medici, Chirurghi, aliique Ministri necessarii ingredi possint in clausuram cum sola licentia, & approbatione delegati absque licentia, vel consensu Episcopi?

6. An præfata licentia sit ad tempus determinatum vel juxta opportunitatem pro unica tantum vice concedenda, & an possit denegari?

7. An liceat Episcopo inhibere, ne in ecclesia d. monasterii celebrentur plus quam duæ missæ, etiamsi monasterium teneatur aliquod onus explere, exceptis tamen diebus exequiarum, & festivitatis Titularis monasterii; & Sacerdotes debeant specialiter ab Episcopo approbari?

8. An possit interesse electioni Abbatissæ?

9. An Capellani, & Confessarii sint à Superiore monasterii deputandi, & approbandi ab Episcopo?

10. An occurrente obitu alicujus Monialis, vel educandæ, possit Episcopus prohibere, ne in ecclesia monasterii celebrentur exequiæ?

11. An possit impedire celebrationem solemnem festivitatis BB. Petri, & Pauli Titularium monasterii?

12. An in iis, in quibus Episcop. potest procedere jurisdictione delegata, sit locus deputationi Episcopi vicinioris?

13. An delegatus à Superiore monasterii possit accedere absque licentia ad dictum monasterium, & an aliis licentiam concedere possit solus, vel unitim cum Episcopo.

Die 26. Januarii 1692. Sacra &c. juribus ab utraque parte deductis mature perpensis, respondit: Ad 1. affirmative. Ad 2. Quoad primam partem negative, quo vero ad secundam affirmative. Ad 3. Censuit, danda esse decreta à S. C. Episc. & Regul. hac de re edita, tenoris sequentis *Trani-all' Arcivescovo-Non intende la S. C. che negli editti generali, che si publicano circa l' accesso ai Parlatorii di Monache si comprendano i Parenti in primo, è secondo grado delle medesime, onde in conformità della mente dell' istessa S. C. non dovrà V. S. proibire alli Petri della chiesa di Nazaret il poter trattar con le Monache loro Parenti in primo, è secondo grado, purchè ciò non siegua ne' giorni di feste solenni, è ne' tempi proibiti. Tanto ec. Roma 23. Marzo 1662.* Ad 4. Iidem danda esse decreta ejusdem S. Congreg. Episcop. & Regul. videlicet *Città della Pieve. Non è solito, che le Donne piglino licenza d' andare a' monasterii a parlare alle Monache; è quanto agli uomini potrete proibire, che non vadano senza vostra licenza, eccettuandone i Padri, è Fratelli solamente, è farete, che sia osservato per l' avvenire. Estate sano. Roma 12. Gennaio 1604.* Ad 5. Danda esse decreta in hac ipsa Hieracen. à Sac. Congreg. Concil. edita de anno 1581. ad 4. dubium tenoris sequentis *III. Item se sotto nome di clausura si contiene, che li Medici, Barbieri, ad altre donne, che servono in caso d' infermità, fantesche ordinarie, Garzoni, quali hanno da portar grano, farina, legna, acqua, ed altre cose necessarie, Sartori, Muratori, Falegnami, è Procuratori, possino, o non possino entrare in d. monasterio, Sacra &c. Respondit, licentiam ingrediendi monasterium spectare ad Superiorem Regularem ex cap. 5. Sess. 25. de Regular. Ad 6. Danda pariter decreta d. S. C. Episcop. & Regul. tenoris sequentis *Parma Al Vescovo qui in Roma, ed in ogni altro luogo, dove si tiene buona cura de' monasteri delle Monache, si vuol fare una lista di persone, che sono necessarie, come Fornaro, Muratore, Falegname, Ferraro, Facchini per certe occasioni, oltre il Medico, Cerusico, è Barbieri, a' quali per una volta si dà licenza per sempre sino à tanto, che non è rievocata, di poter secondo i bisogni entrar nel Monastero, per far ciò, che occorre di loro mestiere, avvertendo di pigliar persone approvate d' età è costumi buoni; è così dovrà fare anche ne' suoi, con proibire insieme, che non entrino altre persone, che quelle,**

che sono necessarie, che così è stato scritto, ed ordinato in molti luoghi, &c. 20. Novembre 1584. Ad 7. Respondit negative, & quoad approbationem Sacerdotum secularium, Episcopum uti debere jure suo. Ad 8. affirmative juxta formam declarationis post constitutionem Gregorianam, nempe-5. An per eandem constitutionem in illis verbis-possit Episcopus una cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatissarum &c. electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere-Jus Abbatissas confirmandi Episcopis attributum censeatur? Sacra &c. censuit jus confirmandi Abbatissas minime fuisse Episcopis per constitutionem attributum. Ad 9. affirmative quoad deputationem, & approbationem, Confessarii spectare ad Episcopum. Ad 10. & 11. negative. Ad 12. Deputandum esse Episcopum Squillacen. arbitrio Sacræ C. Ad 13. Ut in lib. 42. decret. pag. 45. affirm. quoad legatum, & quod alios unitim cum Episcopo.

DERTHONEN. *Visitationis* in qua ad sequentia dub. quæ die 12. Maii 1759. non fuerunt proposita, sed 349 proposita fuere postea die 30. Junii ejusdem anni 1759. Sac. Congreg. Concil. Respondit: *Dilata cum absolutiois ab interdicto usque ad exitum causæ, & ad d. Secretarium pro remissoria ad effectum compulsandi jura.* Et reposita die 22. Septembris 1759. Sac. Congreg. respondit: *Dilata ad primam post aquas.* Iterum reposita die 24. ejusdem anni 1759. Sac. Congreg. respondit: *Dilata.* Iterumque reposita die 12. Januarii 1760. & non resoluta, Fuerunt tandem proposita die 26. Januarii ejusdem anni 1760. ut infra.

1. An Episcopus Derthonensis possit tamquam Delegatus Apostolicus visitare hospitale Sancti Rochi oppidi Viqueræ diocesis Derthonensis, ac etiam Montem Frumentarium & Sodalitium sub invocatione Sanctissimi Nominis Jesu in eodem oratorio erectum, ac etiam capellam Sanctæ Annæ, & integram ecclesiam, seu potius visitatio facta anno 1754. sit circumscribenda in casu &c.

2. An Patres Sanctæ Mariæ Pietatis per consensum ab ipsis præstitum dictæ visitationi, & præsertim interdicto lato contra d. ecclesiam male se gesserint, & qua pœna sint puniendi, in casu &c.

3. An dicti Patres anno 1497. obreptitie obtinuerint Breve à S. M. Alexandro VI. pro incorporatione dicti hospitalis eorum Conventui, & quid sit providendum, in casu &c.

4. An Sodales dictæ ecclesiæ Sancti Rochi poterint appellare ad Curiam Metropolitanam Mediolanen. & acta in ea facta sint circumscribenda, seu potius quomodo sit providendum, in casu &c.

5. An tam ecclesia, & hospitale Sancti Rochi oppidi Viqueræ, quam sodalium in dicta ecclesia erectum, ac mons frumentarius ibidem pariter existens, nec non bona, ac redditus eorumdem sint sub cura, protectione & dominio Conventus Sanctæ Mariæ Pietatis dicti Oppidi, in casu &c.

6. An ministerium, quod confratres habent dd. ecclesiæ, hospitalis, confraternitatis, ac montis frumentarii, eorumque bonorum, ac reddituum sit omnino dependens, subordinatum, ac famulativum Patribus dicti Conventus, in casu &c.

7. An Patres dicti Conventus habeant onus manutenendi Confratres in dicta ecclesia, eis que ubi libet favendi, nec non eosdem defendendi à quibuscumque etiam ab Episcopo Derthonen. præsertim respectu ad litem nunc vigentem super nullitate visitationis ab eodem Episcopo peractæ anno 1754. & in casu renitentia seu inobservantia dicti oneris quomodo sit providendum, in casu &c.

8. An Sodales prædicti ceciderint ab administratione hospitalis peregrinorum, & prætensorum bonorum respective ejusdem hospitalitatis, in casu &c. & quatenus negative.

9. An iidem Sodales teneantur hospitalitatem peregrinorum cum omnibus adnexis, & necessariis in viridem observantiam revocare, ceteraque contenta in instrumento die 29. Aprilis 1621. adimplere sub pœna ca-

quiritatis ipso facto incurrendæ in casu inobservantiæ pactorum, in casu &c.

10. An dicti Patres teneantur tradere confratribus redditus dicti hospitalis, vel saltem aliquam eorum partem, & quatenus repugnent, quomodo sit providendum in casu &c.

11. An dicti Patres ceciderint à legato librarum 9000. ipsis relicto à quondam Canonico Antonio Maria Bonamico, ita ut factus sit locus substitutioni favore dicti hospitalis, & dictorum Confratrum ejus administratorum, in casu &c.

12. An administratores Montis frumentarii teneantur subministrare triticum iis tantum pauperibus, de quorum paupertate constat ex attestat. Parochi, in casu &c.

13. An in subministratiōne frumenti recipi possint Sodales in fidejussores, in casu &c.

14. An administratores reddituum dd. hospitalis oratorii, ac montis frumentarii teneantur reddere rationem de administratis Priori dicti conventus Sanctæ Mariæ Pietatis, in casu &c.

15. An dicti Sodales tenere debeant libram peculiarem, in quo adnotetur adimplementum celebrationis missarum cujusque legati pii, & in casu &c.

16. An, & quam missarum quantitatem iidem confratres teneantur celebrari facere ratione legati relicti à quondam Carolo Vincentio Salvi, in casu &c.

17. An SS. Peregrinæ, sive consoroeres nuncupatæ sint eliminandæ à d. Confrat. in casu &c. & quatenus negat.

18. An eadem mulieres possint associare cadavera in casu &c.

19. An eleemosynæ manuales missarum à piis benefactoribus datæ reponi debeant in capsula, & una clavis ejusdem capsulæ retineri debeat à Priore conventus ad formam capituli 7. instrumenti diei 2. Decembris 1577. in casu &c.

20. An in oratorio Sancti Rochi admitti possint ad celebrandum tam seculares, quam Regulares absque licentia Prioris conventus contra formam c. VIII. dicti instrumenti, in casu &c.

21. An in casu inobservantiæ d. Cap. 8. confratres cadere debeant ab usu d. oratorii, seu potius alia pœna multandi sint in casu &c.

22. An eleemosynæ missarum provisionaliter celebratarum à Religiosis conventus Sanctæ Mariæ Pietatis in eorum ecclesia tempore interdicti oratorii sint satisfaciendæ à confratribus, in casu &c.

23. An constet de validitate interdicti oratorii Sancti Rochi? Et quatenus affirmative.

24. An confratres ceciderint in censuras ob assertum spretum d. Interdicti, in casu &c.

25. An sit d. oratorium absolvendum, in casu &c.

S. C. C. dicta die 26. Januarii 1760. Respondit.

Ad 1. Affirmative ad primam partem, & negative ad secundam, & amplius. Ad 2. negative, & amplius. Ad 3. Utantur jure suo. Ad 4. Dilata. Ad 5. affirmative ad formam Conventionum, salvo jure Episcopi visitandi, & revidendi computa. Ad 6. Provisum in quinto. Ad 7. negative in casu, de quo agitur. Ad 8. negative. Ad 9. affirmative ad formam conventionis, & sodales cogendos esse juris remediis tantum. Ad 10. negative, donec vires sodalitiis sufficiant. Ad 11. Dilata, & coadjuventur probationes. Ad 12. affirmative ad formam Decreti visitationis. Ad 13. affirmative, dummodo sint idonei, nec sint actuales administratores. Ad 14. affirmative ad formam conventionis, salvo jure Episcopi. Ad 15. affirmative. Ad 16. Teneri ad ratam fructuum coram Episcopo liquidandi. Ad 17. negative. Ad 18. negative ad formam decreti. Ad 19. affirmative. Ad 20. negative, & ad mentem. Ad 21. negative ad primam partem, & sodales cogendos esse aliis juris remediis. Ad 22. affirmative, & amplius Ad 23. negative. Ad 24. negative. Ad 25. Provisum in 23.

350 SENEN. Jubilationis, in qua ad sequentia dubia non rosoluta die 12. & 25. Januarii 1760. & repropo- sita ut hic die 9. Februarii ejusdem anni 1760.

I. An onera capitularia infixæ massæ communi distributionum deducenda sint, antequam fiat earum repartitio inter participes, etiam quoad Canonicos Jubilatos, in casu &c.

II. An onus eleemosynæ missæ conventualis sit infixum massæ communi distributionum, in casu &c. & quatenus affirmative.

III. An idem onus eleemosynæ sit deducendum ab eadem massa communi distributionum, antequam fiat earum repartitio, etiam quoad Canonicos Jubilatos, in casu &c.

S. C. C. Respondit: Ad 1. & 2. Providebitur in Tertio. Ad 3. negative.

FERENTINA, in qua ad sequentia dubia.

I. An Canonicus Joannes Baptista Petacci teneatur ad interessendum in choro? seu potius permittenda sit tempore divinorum officiorum ejus interessentia in organo pro servitio ecclesiæ, in casu &c. & quatenus affirmative quoad primam partem.

II. An, & quomodo sit cogendus, in casu &c.

S. C. C. die 7. Junii 1760. Respondit. Ad 1. dubium affirmative ad primam partem, & negative ad secundam, & amplius. Ad 2. esse cogendum aliis pœnis pecuniariis arbitrio Ordinarii.

Est hic advertendum, quod dictus Canonicus pro munere Organistæ recipiebat stipendium scutorum 25. prout refertur in expositione dictæ causæ, in qua afferuntur aliæ consimiles decisiones, nempe in una S. Severini de quodam Canonico Musico, & Organista, in qua ad dubium; *An prædictus Canonicus sit punctandus ob ejus à choro absentiam; vel potius interessentia in Organis pro servitio ecclesiæ sit reputanda ad effectum percipiendi distributiones.* S. C. C. die 15. Novembris 1659. *Censuit gaudere, si stipendium pro musico non recipiat.* Et in nullius Putignani 6. Maii 1751. Ad 4. dubium ita conceptum: *An idem Abbas possit expunctare tamquam absentes Sacerdotes illos, qui tempore divinorum officiorum, vel confessionali assistunt, vel pulsant organum?* Respondit: Ad 4. *pulsantes organum absque stipendio, & audientes Confessiones ex deputatione non amittere distributiones.*

Dicta FERENTINA, in qua ad sequens dub.

An sit standum, vel recedendum à decisio quoad secundum dubium, in casu &c. die 12. Julii 1760. non proposita & proposita postea die 2. Augusti. S. C. Respondit: *In decisio, & amplius.*

FAVENTINA, Præminentiarum & funerum, in qua ad sequentia dubia.

1. An Capitulo cathedralis interveniente associationi cadaveris, processio funebris convocari, & incipere debeat in ecclesia cathedrali, seu potius in propria parochiali defuncti, in casu &c.

2. An intonatio Antiphonæ: *Exultabunt Domino* antequam defuncti cadaver è domo efferatur, spectet ad primam dignitatem Capituli, seu potius ad Parochum, in casu &c.

3. An Parocho associanti cadaver defuncti ad ecclesiam cathedralem liceat illam ingredi cum stola, & cruce erecta, in casu &c.

4. An constet de attentatis, & quomodo sint illa purganda, in casu &c.

5. An cadaver Cajetani Navarra una cum assertis emolumentis restitui debeat ecclesiæ cathedrali, in casu &c.

6. An taxa funerum impressa in ultima synodo sit observanda, in casu &c.

7. An ab ecclesia cathedrali debeat Parocho quarta funeralis pro suis parochianis in ea tumulandis, etiamsi Canonicis, in casu &c.

8. An Capitulo ejusque primæ dignitati competat jus administrandi Episcopo ægrotanti Sacramenta SS. Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis, seu potius an, & in quibus casibus idem jus competat Parocho S. Terentii, in casu &c.

9. An Capitulo in processionibus, quibus intervenit collegium Parochorum competat jus erigendi binas cruces, alteram nempe ante Mansionarios, & Seminaristas alteram vero ante ipsos Canonicos, in casu &c.

10. An in processionibus, quæ fiunt occasione synodi tam capitulum, quam collegium Parochorum incedere debeant sub unica cruce totius Cleri, seu potius quibus competat jus elevandi propriam crucem, in casu &c.

11. An collegium Parochorum teneatur interesse processioni, quæ fit in festo S. Marci cum Capitulo, & toto Clero, in casu &c.

S. C. C. die 7. Junii 1760. Respondit:

Ad primum dubium: Iterum proponatur: Ad 2. negative ad primam partem, & affirmative ad secundam. Ad 3. affirmative juxta solitum. Ad 4. affirmative & esse purganda per viam nullitatis. Ad 5. affirmative, deductis expensis factis per Parochum ratione tumulationis in propria ecclesia. Ad 6. Dilata, & Episcopus procedat ad revisionem taxæ, auditis interesse habentibus. Ad 7. affirmative. Ad 8. Servetur ceremoniale. Ad 9. affirmative, & amplius. Ad 10. affirmative ad primam partem, & elevandam esse unicam tantum crucem cathedralis, & amplius. Ad 11. affirmative, & amplius.

PINNEN. Theologalis, in qua ad seq. dubium.

354. An constet de mala relatione Examinatorum, & de irrationabili judicio Episcopi, ita ut reprobatio Sacerdotis de Sanctis non substineatur, in casu &c. non propositum in Congreg. habita die 30. Augusti 1760. sed die 27. Septembris ejusdem anni 1760. S. C. C. Respondit; negative in omnibus, & amplius. Videatur ibi, ubi Sacerdos de Sanctis prætendebat, quod scrutinum fuerit peractum de sola scientia; adeoque nullum. Sed revera Examinatores de meritis non minus, quam de scientia judicium protulerunt, ut ibi constat, adeoque &c. Vide etiam ad rem Resolutionem in Suessana parochialis 12. Februarii anni 1757. & in Larinen. Concursus 2. Septembris 1758.

TRIDENTINA, in qua ad sequentia dubia.

355. I. An intret arbitrium per apositionem oris? & quatenus affirmative.

II. An Brevia Apostolica sint exequenda?

III. An Canonico Decano competat jus duplicis voti in capiendis omnibus & singulis resolutionibus Capitularibus?

IV. An, & quibus Canonicis competat jus detrahendi expensas hujus litis ex massa capitulari? & quatenus negative quoad Canonicos impugnantes executionem recensitorum Brevium.

V. An iidem teneantur reintegrare massam de pecuniis extractis, in casu &c.

Sacra Congreg. Concilii die 14. Februarii 1761. Respondit: Ad I. negative: ad II. affirmative: ad III. affirmative: ad IV. competere Canonicis instantibus pro executione Brevium: ad V. teneri Canonicos opposcentes.

SQUILLACEN. Celebrationis missarum, & functionum conventualium, in qua ad seq. dub.

356. I. An Religiosi conventuales Bruncaturi moniti ab Episcopo debeant se abstinere à celebrandis missis, aliisque peragendis functionibus cum sonitu campanarum ante missam parochialem, vel donec illa absolvatur, & quatenus affirmative.

II. An, & quomodo sit providendum, quoties ab Episcopo moniti non se abstinerint, in casu &c.

Sac. Congreg. Concil. die 28. Februarii 1761. Respondit: Ad I. negative; ad II. Provisum in primo.

VIGLEVAN. Capellaniæ, in qua ad seq. dub.

357. I. An sit locus erectioni capellaniæ manualis fundate à Sacerdote quondam Joanne Merula in capellaniam ecclesiasticam, & quatenus affirmative.

II. An omnes illius redditus sint percipiendi à Capellano; seu potius, quæ summa quolibet anno sit investienda, in casu &c.

S. C. C. die 25. Aprilis 1761. Respondit: Ad I. negative, & amplius: ad II. negative ad primam partem, & affirmative ad secundam ad formam testamenti.

PINMEN. Canonicatus theologalis, in qua ad seq. dub.

An electio ad canonicatum theologalem fieri possit à Capitulo favore sibi magis benevisi inter plures approbatos in concursu; seu potius præelectio & approbatio in eodem concursu, & collatio privative spectet ad Episcopum, in casu &c.

Sac. Congreg. Concil. die 25. Aprilis 1761. Respondit, præelectionem, & collationem spectare ad Episcopum: præsentationem vero spectare ad Capitulum & amplius.

NULLIUS, seu Sublacen. funerum, in qua ad seq. dub.

I. An Capitulum ecclesiæ collegiatæ, & parochialis S. Andreæ etiam non invitatum ab hæredibus defunctorum, possit intervenire associationi cadaverum propriorum parochianorum in ecclesia S. Francisci sepeliendorum, seu potius soli Præposito, & Parocho liceat intervenire?

II. An dictum Capitulum accedens ad funus, semper & quodcumque teneatur associare cadaver usque ad januam ecclesiæ S. Francisci, seu potius liceat illud associare usque ad ecclesiam S. Mariæ ad Nives sitam extra terram Sublaci, commissa ulteriori associatione alteri, ex Beneficiatis dictæ collegiatæ? & quatenus affirmative ad secundam partem.

III. An dicto Beneficiato stola induto, & associanti cadaver una cum Religiosis ab ecclesia Sanctæ Mariæ ad Nives usque ad januam ecclesiæ Sancti Francisci, solvi debeat singulis Canonicis stipendium juliorum duorum; & præposito, ac Hebdomadario stipendium juliorum trium?

IV. An Capitulo ex voluntate hæredum associante cadaver usque ad januam Sancti Francisci, solvi debeat singulis Canonicis stipendium juliorum duorum, & Præposito, ac Hebdomadario stipendium juliorum trium?

V. An iisdem Præposito, & Canonicis in hisce associationibus cadaverum distribui debeant candelæ æqualis ponderis, ac distribuuntur Religiosis?

VI. An occasione tumulationis alicujus cadaveris in ecclesia S. Francisci liceat Sacristæ collegiatæ, & parochialis ecclesiæ exigere ab hæredibus defunctorum stipendium julii unius, in casu &c.

Sacra C. C. die 30. Maii 1761. Respondit: Ad 1. affirmative ad primam partem: ad 2. affirmative ad primam partem, negative ad secundam: ad 3. & 4. affirmative juxta solitum: ad 5. Non deberi minoris ponderis Canonicis: ad 6. affirmative.

SQUILLACEN. Celebrationis missarum, & functionum conventualium, in qua ad sequens dub.

An sit standum, vel recedendum à decisis, in casu &c.

Sacra Cong. Concil. die 8. Augusti 1761. Respondit: In decisis, & amplius; uti supra jam decisum fuerat die 28. Februarii.

TOLETANA, Visitationis oratorii, in qua ad sequentia dubia.

1. An Monachis Montis Sion Ordinis S. Bernardi extra muros civitatis Toletanæ liceat habere oratorium in domo rurali existente in prædio posito in territorio villæ de Valdepennas.

2. An iisdem Monachis liceat in eodem oratorio audire Sacramentales Confessiones secularium servitio monasterii addictorum, aliarumque personarum ad prædictum oratorium accedentium, eisque alia Sacramenta ministrare? & quatenus affirmative.

3. An Confessarius pro recipiendis confessionibus deputandus debeat examinari ab Eminentissimo Archiepiscopo?

4. An idem oratorium valeat visitari per eundem Eminentissimum Archiepiscopum?

5. An Religiosus degens in dicta rurali domo de Valdepennas teneatur exhibere Eminentissimo Archiepiscopo licentiam sui Superioris Regularis permanendi extra claustra?

6. An decretum à Visitatore factum substineatur, ita ut sit exequendum, in casu?

S. C. C. die 29. Augusti 1761. Respondit: Ad 1. & 2. negative: ad 3. *Provisum in secundo*: ad 4. *Provisum in primo*: ad 5. negative: ad 6. *Provisum in antecedentibus*.

FIRMANA, *Officiaturæ*, in qua ad sequentia dub.

I. An Patres Minores Conventuales oppidi Falernis vigore instrumenti anni 1693. teneantur applicare missas cantatas? & quatenus affirmative.

II. An pro missis cantatis, & non applicatis, sit locus restitutioni pecuniarum, & in qua summa, in casu &c.

S. C. C. die 21. Novembris 1761. Respondit: ad I. affirmative: ad II. ad *D. Secretarium cum Sanctissimo pro absoluteione quoad præteritum*.

CASSANEN. *Parochialis*, in qua ad sequens dub.

An constet de irrationabili iudicio Episcopi, sive de mala relatione Examinatorum, in casu? Sacra Congreg. Concil. die 21. Novembris respondit: negative.

PISAUREN. *Casuum reservatorum*, in qua ad sequentia dubia.

I. An Episcopus cogere possit Canonicum Pœnitentiarum ad acceptandam delegationem facultatis absolventi Pœnitentes à casibus reservatis; Et quatenus affirmative.

II. An teneatur Episcopus deputare sumtibus propriis alium Sacerdotem dicta facultate præditum?

III. An comminatio suspensionis à divinis ipso facto incurrendæ substineatur?

IV. An tabellæ casuum reservatorum sint moderandæ, in casu &c.

S. C. C. die 21. Novembris 1761. respondit: Ad I. affirmative, & *amplius*: ad II. negative, & *ad mentem*: ad III. affirmative; ad IV. dilata.

PISAUREN. *Camerariatus*; in qua ad sequens dub.

An Canonicus Pœnitentiarius à Capitulo eligi possit ad officium Camerarii, in casu. Sacra Congreg. Concil. die 21. Novembris 1761. respondit: affirmative.

INDEX ALPHABETICUS

DECRETORUM SACRÆ RITUUM CONGREGATIONIS.

Numerus indicat seriem cuicumque decreto præfixam in hac collectione.

A

Bacus pro Prælati. num. 359.
 Abbas benedictus cum bireto. 48.
 Abbas an possit benedicere populum more Episcoporum. 104. 368.
 Abbas, præsentè Episcopo, ubi sedeat. 157. 945.
 Abbates Collegiatæ exemptæ quando incensandi post Canonicos. 31. 370.
 An possint Pontificalia exercere extra suam ecclesiam. 363. 364. 365. 1457.
 An de Ordinariorum licentia. 364. 1069. 1457.
 Abbates Cassinenses, quoad Pontificalia, & privilegia. 402. seq.
 Abbates plures in eodem loco, quomodo incedere debeant in processionibus. 135.
 Abbates Cavenses. 359. 402.
 Abbates nullius diœcesis. 377.
 Abbates pontificaliter induti. 944. seqq.
 Abbates an sint associandi, cum ad pontificalia accedunt. 140.
 Abbates in processionibus. 947. seqq.
 Abbates SS. Salvatoris Venetiarum quibus privilegiis uti possint. 366.
 Abbatissæ electio. 849.
 Ablutio in missis Nativitatis Domini. 761.
 Presbyterorum ordinandorum. 1246.
 Absolutio solemnè in anniversario Episcopi. 329.
 In die obitus. *Ibidem*.
 Absolutio quomodo concludenda super cadaver. 594.
 In Commemoratione omnium defunctorum. 686.
 Abusus contra cæremoniale, rituale, & rubricas tollendi ab Episcopo. 41.
 Abusus antiqui in processionibus quomodo tollendi. 1366.
 Abusus in ecclesiis contra rituale, pontificale, & rubricas quomodo tollendi. 1516.
 S. Æmilianus. V. officium.
 S. Agnes. V. Festum.
 Alleluja in expositione, & depositione Sanctissimi Sacramenti. 688. 1495.

In antiphonis per annum, quando dicendum. 1064.
 Omittendum, quando officium celebratur extra tempus paschale. 998.
 In officio votivo SS. Corporis Christi. 1084.
 In officio votivo SS. intra tempus paschale. 1273.
 In officio parvo B. M. V. temp. pasch. 1273. 1429.
 Almutia canonicalis supra paramenta, an deferenda 442.
 S. Aloysius Gonzaga. V. Festum.
 Altare cum pradella. 560.
 Fixum consecratum, quomodo excretur. 875.
 Portatile, quomodo permissum, 133. 418. 1364.
 An Episcopus possit illud erigere extra suam habitationem. 619.
 Sub quo sunt sepulta cadavera mortuorum, an sit celebrandum. 236. 1341. & an consecrandum. 1340.
 An erigendum in cubiculis privatis Regularium. 619.
 Altare quot mappis cooperiendum. 133.
 Altare majus, & quando missæ privatæ ibi prohibita. 177.
 Altaria Beatorum, an permissa. 400.
 Sanctorum Prophetarum veteris Testamenti. 675.
 Altaria privilegiata quoad suspensionem indulgentiarum. 1489.
 S. Andrea Avellini elogium pro martyrologio. 1510.
 Angeli, & Archangeli. V. Officium.
 S. Annæ. V. festum.
 Anniversarium consecrationis Episcopi. 817. 865.
 Anniversaria dedicationis ecclesiæ, quando Episcopus non elegit diem, qua die celebrandum. 426.
 An in oratoriis subjectis faciendum. 869.
 In Ecclesia Capuccinorum de Vipacco, quando celebrandum. 1156.
 Congregationis S. Philippi Nerii Cortonæ. 1175.
 Anniversaria Sanctorum quo ritu celebranda. 1273.
 Anniversarium defuncti. V. defuncti. missæ solennes.
 Anniversarium Petri II. Regis Portugalliæ. 1303.
 In ingressu Prælati inferioris Episcopo. *ibidem*.
 Annuli usus in missa quibus vetatur. 493. 1424. 1451.
 Qualis Canonicis concedatur. 443.